



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Opvscvlvm Septimvm. De causis & remediis Ariditatis in Oratione, &
solatiis orantium aridè, ex doctrinis Sanctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

N I C O L A I
L A N C I C I I

E S O C I E T A T E I E S V
O P V S C V L V M S P I R I T V A L E

S E P T I M V M

In quo explicantur de causis & remediis

A R I D I T A T I S I N O R A T I O N E ,

ET SOLATIIS ORANTIUM ARIDE,

Ex doctrinis Sanctorum.

I N D E X C A P I T V M

H V I V S O P V S C V L I .

Q uid sit ariditas, & quomplex, & unde oriatur. CAP. I.	Mentis & sensuum euagatio precedens meditationem, & in ipsa meditatione, accersit ariditates. CAP. XI.
De prima causa ariditatum. CAP. II.	De Remediis contra ariditates, datis ab antiquis Patribus. CAP. XII.
De 2. causa ariditatum. CAP. III.	De aliis remediis contra ariditates, prescriptis a recentioribus vite spiritualis Magistris. CAP. XIII.
De 3. causa ariditatum. CAP. IV.	Summarium supradictorum in gratiam ironum & scrupulorum ex doctrina Sanctorum confirmatum. CAP. XIV.
Quo sensu excipienda sunt ariditates in oratione. CAP. V.	Consilium cuidam datum, qui ob debilitatem corporis post quamdam infirmitatem diurnam, & capitis languorem, non poterat discurrere tempore meditationis. CAP. XV.
Notanda quedam circa ariditates & gustus in oratione. CAP. VI.	
Quibus solet concedi a Deo oratio sine ariditatibus. CAP. VII.	
De 4. causa ariditatum. CAP. VIII.	
Non declinanda occupationes distractiva ob metum ariditatum. CAP. IX.	
Preparatio punctorum meditandorum neglecta, solet esse causa ariditatum. CAP. X.	

Index rerum præcipuarum huius Opusculi ac reliquorum positus est ordine alphabeti in fine totius operis.

P R O O E M I V M .



Nihil ferè perturbat frequentius, vitæ spirituali addictos, quam sterilitas quedam & ariditas animi, eam dum in oratione patiuntur inuiti. Quocirca communi morbo, & molestiæ, cupiens aliquod adferre leuamen, rem hanc, etsi ab aliis benè ante me ac diligenter tractatam, meo quoque modo explicandam suscepi. Pictores enim, in hoc, & in aliis meis Opusculis imitari conor, qui nouas veterum Sanctorum pingunt, suo quisque artificio, imagines, quã-

uis eleganter antea, à magni nominis pictoribus, diuerso temperamento colorum atque umbrarum expressas. Et quidem hoc Opusculum, velut quoddam præmittit præludium, donec alteri, de praxi diuinæ præsentia, & variis orandi modis, manum vltimam apponam. Hoc ergo legas interim Lector beneuole; Deumque (quod à te vehementer peto) exores, vt alios quosdam tractatus, in opusculo de Indiciis & gradibus profectus citatos, perficere atque in lucem proferre queam. Vale. Pragæ, A. D. 1641. 10. Septembris.

CAPVT PRIMVM

Quid sit orationis ariditas, & quotuplex, & vnde oriatur.

Multi, præsertim in vita spirituali, ariditates, quas in oratione patiuntur: ideoque plerique ab oratione abhorrent: & ei dediti, male se orasse opinantur, dum spiritus ariditatem inuiti sustinere coguntur. Quæ sanè res etiam viros perfectos sæpè infestat. Hinc Cassianus suum statum deplorans dicebat Abbati Sereno: Cum directionem cordis ad destinatam contemplationem pendere senserimus, insensibiliter mens inuoluita, ad priores euagationes impetu vehementiori prolabitur, & ita quotidianis disentionibus occupata, innumeris captiuitatibus incessanter abducitur, vt propemodum iam desperetur à nobis desideratâ correctio, & superflua hæc obseruantia videatur. Siquidem per momenta singula lubricis discursibus animus euagatur. Cumq; ad timorem Dei vel contemplationem reducitur spirituali, priusquam firmetur in ea, rursus fugacius euanescit. Cumq; eum velut expergefacti deprehenderimus, ab intentione propostâ deuisasse, atque ad illam theoriam, vnde discesserat, reducentes, voluerimus renacissimâ cordis intentione, velut quibusdam vinculis obligare, in ipso conatu nostro, oculus quam anguilla de recessibus mentis elabatur. Ad quæ respondens Abbas Serenus ait; id ex nostræ mentis conditione contingere. Mens, inquit, nostra semper mobilis, & multum mobilis desinitur, quæ pro conditione natura nunquam potest otiosa consistere, sed necesse est eam, nisi prouisum habuerit, vbi suos exerceat motus, & in quibus iugiter occupetur, propria mobilitate discurrere, & per omnia volitare.

Porro nomine ariditatum, quas appellat sterilitatem mentis Abbas Daniel apud Cassianum, hic non intelligo illos orationis defectus vel nauos, quos sanctus Ioannes Climacus appellat sordes & exterminationem, asserens, sordes esse, Deo assistere, & iniquas cogitationes in animo versare, scilicet voluntariè: Exterminationem vero esse, ad curas inuitas captiuum pertrahi. Sed ariditatum nomine intelligo 1. distractiones seu euagationes mentis, quibus animus ad alia cogitanda inuitus auocatur, aliena profusus à propostâ meditationis materia; vt sibi contigisse scri-

bit S. Hieronymus. Nunc, inquit, creberrimè in oratione mea, aut per porticus deambulo, aut de fenore computo. Nam, vt ait S. Bernardus: Cogitationum multiplex varietas esse cognoscitur. alie namq; cor inflant, vt superbia; alie eleuant, vt vanas; alie perturbant, vt inuidias; alie dissipant, vt iras; alie confundunt, vt acedias; alie distendunt, vt ambrosias; alie ligant, vt gula; alie inquinant, vt luxurias; alie contrahunt, vt timidas; alie corrumpunt, vt malitiosas. Non mirum ergo nos sæpè distrahi, habentes intra nos tot distractionum origines.

2. Nomine aridi censetur, si quis sine vlla mentis distractione, non sentiat vllum rerum diuinatum gustum, & consolationem; sed sit tanquam terra sine aqua priorum affectuum, & tanquam aridum quoddam lignum, quandoque nec discurrere valens.

3. Si quis præterea inordinatis prauorum affectuum motibus exagitetur, vel iræ vel tristitiæ, vel alius, & per eos ad aliquod peccatum alliciatur vel concitetur.

4. Si ob talem mentis ariditatem, & inquietam statum, sentiat tædium in oratione, & ob id inclinatio ad illam abrumpendam, quæ (sumpto generalius nomine acedias) appellari potest acedia; quæ propriè sumpta, est voluntaria tristitia de bono diuino, de quo charitas gaudet, vt docet S. Tho.

5. Si somnolentia in oratione infestet orantem. Hæc omnia nomine ariditatis comprehenduntur: cuius effectus iidem solent esse, qui Acediæ, & practicæ recensentur à S. Ioanne Climaco: Si acediam diligentius consideres, inuenies eam oppugnare lassitudine stantes pedibus: sedentibus persuadere vt super parietem se reclinent. Interrogata acedia, dicit: Qui mihi cedunt, cum his vnâ dego. In his autem qui verè obediens sunt, non habeo vbi caput reclinem. Nomen mihi dederunt, insensibilitas anima, irremissencia quadam atque obliuio celestium, nonnunquam etiam immensa (hoc est, nimia & indiscreta) laborum multitudo. Stirpes verò meæ, mutationes locorum sunt: inobedientia spiritualis Patris: futuri iudicii obliuio: nonnunquam verò etiam professionis derelictio. Nunc videndum est, quomodo se gerere debeat homo, in talibus ariditatibus. Quod vt intelligatur, duo consideranda sunt. 1. Vnde oriatur ariditas. 2. Quid illis durantibus, nobis faciendum sit.

Quod primum, Dico, ariditates oriri duobus modis: 1. ex causis immediatis. 2. ex mediatis.

2. diatis. Causæ immediatæ ariditatum assignantur tres ab Abbate Daniele apud Cassianum ex Maiorum suorum sententia, hæc de re disserente, verè tamen, ut statim patebit, sunt quatuor Natura, Dæmon, Deus, Homo, quæ alio atque alio modo, sunt causæ ariditatum; vel positivæ, ut Natura & Dæmon & Homo: vel negativæ, ut Deus priuando nos consolatione sua, & efficacibus auxiliis, licet sufficientia nulli denegeret. Causæ verò mediata, sunt illa omnia, ob quæ mouetur Deus; vel Dei permissu Dæmon ad exagitandum cor ariditatis. Qua de re sic (et si non plenè) disserit Abbas Daniel: *Triparsita, inquit, nobis à maioribus super hac sterilitate (scilicet ariditate) mentis, tradita ratio est. Aut enim de negligentia nostra, aut de impugnatione diaboli, aut de dispensatione Domini ac probatione descendit. Et de negligentia quidem, cum nostro vitio, tempore præcedente, incircumspectè nosmetipsos & remissius exhibentes & per ignauiam & desidiam noxiis cogitationibus pasti, terram cordis nostri, spinas & tribulos facimus germinare, quibus in ea pullulantibus, consequenter efficiamur steriles, atque ab omni reddimur spirituali fructu & contemplatione ieiuni. De impugnatione verò diaboli, cum etiam bonis nunquam studius dediti, calida subtilitate mentem nostram aduersario penetrante, vel ignorantes ab optimis intentionibus abstrahimur vel inuui. Sed præter has tres ariditatis causas, est quoque quarta, originem habens ab ipsa nostra dispositione naturali, ut iam patebit.*

CAPVT SECVNDVM.

De prima causa ariditatum.

3. Coll. 7. cap. 3. PRIMA causa ariditatum est Natura, cuius tanta vis est hac in parte, ut Cassianus putauerit omnes ariditates, præsertim euagationes mentis in oratione, à natura proficisci. Cum enim coram Abbate Sereno deplorasset suas in oratione distractiones, & quantopere eis abactis iterum animus à proposita contemplatione auocetur ad alia, & nullo adhibito conatu possit mens stabiliri in proposita contemplationis materia, subdit: *Ob quam rem quotidianis huiusmodi observationibus astuantes, nec tamen ex ipsis aliquid nostro cordi stabilitatis robur accessit, cernentes, ad hanc opinionem fracti desperatione transducimur, ut non nostro iam sed natura vitio hæc anima peruagationes, humano generi inesse credamus. Sed certum esse infra patebit, non à sola natura mentis euagationes oriri, ut bene ait Abbas Serenus c. 4. Aliquando tamen à natura ortum habent, idque sex modis. 1. ex morbo, præsertim capitis indispositione. 2. ex hebetudine naturali intellectus, & obtuso ingenio quod ad discursum est ineptum ex se. 3. Ex fatigatione capitis circa speculatiua, ut studia &c. 4. Ex defectu somni sufficientis. 5. ex loci solitarij conditione, ut ait*

Cassianus & S. Ioan. Climacus. 6. Ex negligentia naturalis culpabili.

Si oriantur 1. vel 2. vel 3. & 5. modo, non oportet affligi, quia non est ariditatum causa culpabilis: nã ut bene scripti S. Teresia in vita sua, & omnes tam antiqui, quam recentiores vita spiritualis Magistri docent: *Amor Dei non consistit (ut nec deuotio) in lacrymis, gustibus, & reuerentiis cordis quas ut plurimum optamus, & eis nos solamur, sed in seruiendo Deo, cum iustitia & fortitudine animi, & humilitate. Quod abundemus gustibus, id est potius accipere à Deo, quam illi aliquid dare, feminis debilibus id quadrat, ut possint ferre labores & tribulationes. Sed ut serui Dei, præsertim solidi in literis, & magni intellectus, tantopere asint, quod Deus illi subtrahat deuotionem sensibilem, ferendum non est. Non dico ne illa fruuantur, illamq; estimet, cum Deus dat; sed ne affligantur, quando eam negat. Sicut Domini suspirorum. Quod non tantum incipientibus, sed etiam prociens per multos annos obseruandum est, & dum eam ob rem tristantur, causa est, quia non amplexi sumus crucem à principio. Solent isti affligi quasi nil faciant, quamdiu non possunt intellectu discurrere, idq; ferre non possunt, & forte tunc voluntas impinguatur, & vigorem recipit, & ipsi non cognoscunt. Ista ariditas (ut per experientiam & à doctis didici) sæpe procedit ex corporali indispositione: quia anima participat miserias corporis, & mutationes temporum, & reuolutionem humorum. unde anima non potest sapere quod vellet operari. Et tunc humiliet se, & loco deuotionis sensibilis quam non habet uti cuperet, humiliatione sui recreabit cor Dei ad eum accedens, vel cum eo loquens. Ostendit hoc Dominus S. Gertrudi, quæ cum ad communionem campana pulsaretur, & cantus imponeretur, sentiens se minus paratam iusto, dixit ad Dominum: *Ecce iam Domine mi, veni ad me, & cur non, ut bene præuales, pramissisti mihi ornamenta deuotionis, quibus præparata, tibi decentius obuiam procedere possim. Ad quod Dominus: Sponsus quisque magis delectatur inueniri colum purum & candens sua sponse, quam torquere rectum, ac tornatiles manus illius mirudas, quam chirotheis eas videre ornatas. Sic ego quandoque plus delector in virtute humilitatis, quam in gratia deuotionis. Alia vice dum simili de causa altam expauescentem videret, & pro ea oraret, Dominus respondit: *Vellem ut electi mei, me tam crudelem non estimarent, sed crederent, quia pro bono, immodò pro optimo acceptarem, si expensis suis mihi aliquid seruitium exhiberent. Expensis propriis Deo sacrificium per soluit, qui cum non habet saporem deuotionis, nihil tamen minus seruit Deo in orationibus, genuflexionibus & similibus, & super his confidit de benigna pietate Dei, quod tamen placidè illud acceptet.***

Dum ergo ex his primis tribus causis censetur orta esse ariditas, tunc, loco considerationum & affectuum, ex piis considerationibus vel discursibus nascuntur, quod assequaris fructum meditationis, itera aliquas orationes iaculatorias, & mente saltem eas profert, cum desidero

fiderio per eas Deum glorificandi: siue sentias gultum siue non. Quod potest fieri duobus modis. i. Vnam eandemque orationunculam iterando sepe. Sic S. Franciscus totam noctem exegit, hoc tantum dicendo: *Deus meus & omnia.*
 Sic Gregorius Lopez laicus secularis, vir sanctus, per tres annos continuos, perpetuo nihil aliud voluebat mente, quam, *fiat voluntas tua.* Deo id ab eo exigente. Pro qua re, valet illud Christi dictum ad S. Brigitam: *Quicumque ex perfecta fide, & voluntate, ista verba legit: Iesv miserere mei, plus mihi placet, quam ille, qui millia versuum legerit sine attentione.*

Secundo fieri id potest, per plures orationes diuersas, iteratas vel sine ordine, prout venient in mentem, vel ordinatè. Ita vig. vt pro primo quadrante meditationis, iuxta consilium S. Basilij, ante omnia *Deum glorifices cum animi humilitate.* Quod fieri potest vel S. Scripturæ vel Ecclesiæ verbis: quibus solet à nobis adorari & glorificari Deus: dicendo: *Benedicta sit S. Trinitas &c. Vel: Adoramus te Christe &c. vel: Gloria Patri & Filio & Spiritui S. vel; vt ibi suadet S. Basilij: Benedicite Domine, lenem ac patientem, quia quotidie peccantem me patienter toleras, adq; nobis omnibus respiciendi copiam. Nam huius gratia Domine, & taces, & toleras nos vt te glorificemus. Postquam verò illum ex scripturis, vt poteris, glorificaueris, tunc cum animi humilitate ita subiunge; Ego quidem Domine non sum dignus quòd ad te loquar, qui magnus admodum peccator sum &c.*

Secundo quadrante iuxta consilium Spiritus Sancti: *iusus prior est accusator sui,* actus contritionis elicias, dicendo cum pio publicano: *Deus propitius esto mihi peccatori.* Sic S. Thaisis, antea meretrix, conuersa ad Dominum, & consilio Abbatis Paphnutij, feminarum monasterium ingressa, veritaque ote olim sceleribus inquinato usurpare sanctum Dei nomen; & hæc tantum verba à Paphnutio iussa proferre: *Qui blasphemasti me miserere mei;* cum eorum assidua repetitione dies noctesque per triennium consumpsisset, sanctissime obiit, & ad caelos translata eius anima in cubili auro gemisque præfulgenti, & à 4. sanctis virginibus custodito; diuinitusque ante eius mortem S. Paulo Simplicio oranti, ostenso, collocata est.

Tertio quadrante, iuxta tritum S. Ioannis Climaci, age Deo gratias pro beneficiis ab eo receptis, tum communibus, tum tuis proprijs & personalibus. Inter communia autem, age gratias etiam pro beneficijs Christi D. humanitati ac SS. matri eius & alijs Sanctis concessis.

Quarto quadrante, inuocando Dei auxilium, dic: *Deus in adiutorium meum intende.* quæ verba Abbas Isaac apud Cassianum, ait esse ad multa proficua. Quem quidem orationis modum S. Ioan. Climacus; ait esse optimum, scilicet à gratiarum actione inchoatum, & humilis contritione animi; ex intimo affectu prodeunte ac postulatione no-

stra associatum: idq; esset, cuidam ex fratribus, ab Angelo Dei demonstratum esse. Alioqui si quis à petitione orationem inchoaret, inquit S. Basilij, proderet animi sui affectum, tanquam qui necessitate coactus oraret ad Deum. Oraturus igitur relinque teipsum, desere terram, transcede calum, relinque post te omnem creaturam visibilem & inuisibilem, & ordine à glorificatione eius qui omnia condidit.

De tali per breues orationunculas orandi modo, differens Cassianus, scribit: *Egyptios monachos l. 2. inl. censuisse, vtilius breues orationes, sed creberrimas, nullud quidem, vt frequentius Dominum deprecantes, ingiter eidem coherere possimus, hoc verò, vt insidiantis Dæmonis iacula, que insigere nobis; tunc precipue cum oramus, insitit, succinella breuitate vitemus.* Sic inquit S. Climacus: vno verbo & publicanus ille ex Euangelio, & prodigus filius, DEVM sibi reconciliauerant, vnumq; fidele verbum saluauit latronem. Paruū aut vnum etiam in oratione verbum loqui, colligere mentem consuevit. Ideo meritò Abbas Isaac apud Cassianum coll. 9. c. vlt. tales orationunculas appellat pura libamina; sacrificium verum, veras ac pingues hostias, holocaustomata medullata. Quod etiam & S. Augustinus, & S. Chrysostomus cum S. Aug. ep. Thoma docent esse necessarias crebras orationes, ne concepta deuotio totaliter extinguatur. Sicut enim lignum, inquit S. Thomas loco citato, semel inflammatum facilius iterum inflammatur, & a mens semel ad deuotionem excitata facilius postmodum ad deuotionem pristinam reuocatur: nimirum per crebras orationes.

Ideo meritò hoc monitum reliquit scis monialibus S. Teresa in itinere perfectionis. *Mentali, inquit, orationi vos applicate charissima: si qua verò hanc facere nequeat, in vocali se exerceret. & orationem spiritualem, & pia cum DEO colloquia frequenter; orationis porro horas, elabi non sinat: nescit enim quâ Sponsus hora vocaturus sit: (ne quod fatuus virginibus alias contigit, illi etiam enemat) & an maius sibi onus imponere velit, est aliqua dulcedine temperatum.*

Porro tales orationunculae breues, vtilius sunt, si non nostris verbis exprimantur, (nisi ex magno affectu ea orientur, à Spiritu Sancto in nobis excitato, vt erant illæ S. Ignatij, cum eleuatus à terra dicebat: *O Domine si te homines noscent, nunquam te offenderent*) sed ordinatè & vt plurimum verbis S. Scripturæ exprimendæ sunt. Et ita S. Basilij tradens modum orandi, ait: *De sacrosanctis litteris carpe quod dicas; & proponit formulam gratiarum actionis, Deo exhibendam, contextam ex verbis S. Scripturæ. Et hoc ipsum erat in more veteris Ecclesiæ, vt scribit idem S. Basilij Epistola ad Clericos Neocæsarienses; & idem in Missarum nostrarum libris ab Ecclesia factum videmus: Ita olim apud Egyptios Monachos, teste Cassiano, incessanter operatio manuum, priuatim per cellas exercebatur, vt psalmotum quoque, vel cætera-*

Alph. Re- mou. l. 1. r. eius viz.

Bas. Coll. mon. c. 2.

Prou. 18. 17. Ysa. PP. L. col. 1. Ro. 17. pag. 174. Menol. Graec. 8. Oct.

gr. 28.

Coll. 10. cap. 10.

gr. 28.

c. 2. Coll. Mor.

6. cap. 10.

gr. 28.

Coll. 9. cap. 36.

Aug. ep. 121. c. 9. Chrysost. hom. 2. de Anna. Th. 2. 2. q. 171. a. 2. ad 2.

cap. 18.

Vita Ital. p. 47.

7. Conf. mon. c. 2.

ep. 63.

l. 3. inl. cap. 2.

epist. 18. rum Scripturarum meditatio, numquam penitus omitteretur. Et S. Hieronymus scribens de monasterio Bethleemico: Quocumque, inquit, te vertis, arator suam tenens, alleluia decantat: sudans messor, psalmis se auocat: & curua attondens, falce vires vinitor, aliquid Davidicum canit.

Verum quando tempus orationis breuibus hisce loquendi formulis transigendum erit, magno spiritus ardore singula verba proferenda, & veluti animanda sunt, ad quod sic excitat gr. 18. S. Ioannes Climacus: Si vniquam visibili iudici obnoxius fuisti, non tibi alia forma iam opus erit; quam imitari debeas, dum orationi insistis. Quod si neque ipse reus extitisti, neque alios examinari perspexisti, vel ex infirmorum precibus quas medicus, dum secandi vel vrendi sunt, fundunt, huiusmodi aliquid addisce: Noli verbis exultioribus in oratione vri. Sepè enim infantium simplicita & pura & balbutientia verba, Patrem suum qui est in caelis placauerunt. Noli sonari multum loqui, ne mens tua ad inquisitionem verborum distendatur. Vnicuique publicani sermo placauit DEVM, vniq; fidele verbum saluauit latronem. Multum in oratione loqui, mentem sepè imaginibus illustrat, intentionem disfoluit.

8. Si verò ex defectu somni oriantur distractiones, tardius surgas. Sic S. Ignatius, dum semel somno minus dormiuisset, & videret se ad orandum ineptum, abiit cubitum, & postea deuotè orauit. Hinc veteres monachi, teste S. Chrysostomo, post decantatas noctu DEI laudes in choro, iterum ibant cubitum, vt illucescente post die, aptiores essent ad exercitia monastica. Hæc causa mouit S. Teresiam discretissimam præsidem monasteriorum, vt in libello foundationum scriptum reliquerit, multò satius esse, si moniales post dictas Matutinas nocturnas omnes cubitum concederent, contra quod faciunt indiscretæ (quas ibi perstringit) Priorissæ, quæ dum ipsæ sunt studiosæ austeritatum, omnes per hæc suam viam conducunt indiscretè.

Ad hoc caput spectat infirmitas corporis, impediens solitas meditationes & alia deuotionis exercitia, quibus alioqui tunc si possemus, libenter nos impederemus: & dum non possumus, æquo id animo ferendum est, vti docuit Dominus S. Getrudem. Cùm enim vice quadam à rigore Ordinis, causa infirmitatis, impedita, ad audiendas Vesperas consedisset, ex desiderio & merore cordis dixit ad Dominum: Nonne Domine tibi laudabilis foret, quod nunc inter Conuentum in choro essem, ac orationibus vacarem, ceterisque regularibus exercitiis insularerem, quodq; nunc ista debilitate detentus, tantum tempus consumo negligenter? Ad quam Dominus: Num tibi sponsus videtur minus delectari in sponsa, quando familiari eius conuersatione potitur in domo, quam cùm gloriatur ipsam ornata procedere ad spectaculum vulgæ? Inter hæc illa intellexit, quod tunc anima quasi ornata procedit ad publicum, cùm in studio bonorum operum exercetur ad gloriam Dei. Sed tunc quasi in conuclauis cum sponsa quiescit, cùm à

talibus studiis corporalis molestia impeditur. Quia tunc delectamentis propriorum sensuum priuata, soli diuina relinquatur voluntati. Et inde Dominus in homine tantò magis delectatur, quantò minus homo ipse sibi in se inuenit, vnde postit vanè delectari vel gloriari. Et 1. c. 10. alio tempore, cùm corporali impedieme infirmitate segratius Deo intendisset, tandem rediens ad se prægna uata conscientia, humili deuotione hunc suum defectum studuit Domino consistere. Et cùm timeret sepe longam moram laboraturam, antequam suauitatem diuine gratie recuperaret, subitò in instanti presensit ad se benignitatem Dei, per blandissimum amplexum acclimatam & dicentem: Filia tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. In quibus verbis intellexit, quòd quamuis homo quandoq; ex humana fragilitate suam intentionem negligit ad Deum dirigere, pia tamen misericordia Dei non negligit omnia opera nostra, aternà remuneratione reputare digna, si solummodo voluntas non auertatur à Deo, & homo frequentius peniteat ab omnibus qua conscientia remordet. Cùm verò ante se, sicut quoddam sentiret infirmitatem, desiderauit à Domino, vt eam vsque post festum sanam seruaret, vel saltem infirmitatem sic temperaret, ne à celebritate ipsius festi impediretur, sed tamen insuper se totam diuinæ voluntati commisit. Super quo, à Domino tale accepit responsum: Per hoc quod à me ista queris & insuper voluntati meæ committis, ducis me ad hortum deliciarum areolis florum constitum, & mihi valde amenum. Sed scias, quòd si te exaudiero in hoc, quòd non impediaris à meo seruitio, tunc ego te sequor ad areolam in qua tu magis delectaris. Si verò te non exaudiero, & tu in patientia perseveraueris, tunc tu sequeris me ad areolam in qua ego magis delector, quia plus amantissimis inuenio in te, si habueris desiderium cum graamine, quam si habueris cum delectatione deuotionem.

Quòd si ariditates oriantur ex negligentia nostra (infra capite quarto explicanda) curandum est, ne in vllam ex negligentis nostris labamur.

Denique sola nature nostræ etiam inculpabilis instabilitas, solet esse causa distractionum & euagationum mentis. Ideò S. Ambrosius differens de statu ordinario horum; frequenter, inquit, irrepit terrenarum illecebra cupiditatum & vanitatum offusio mentem occupat, vt quod studeas vitare, hoc cogites, ammos, voluas. Quòd cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. Denique voti magis eam esse rem, quam effectus, testatur Prophetæ, dicendo: declina cor meum in testimonia tua & non in auaritiam. Non enim in potestate nostra est cor nostrum, & nostra cogitationes, qua improuisè offusa, mentem auimung, confundunt, atque aliud trahunt, quam tu proposueris: ad secularia renocant, mundana inserunt, voluptaria ingerunt, illecebrosa intexcunt, ipsòq; in tempore quo eleuare mentem putamus, inseritis inambus cogitationibus ad terrena plerumque deuicimur. Quomodo autem distractiones hinc ortæ abigendæ sunt, infra dicetur.

CAP.

CAPVT TERTIVM.

De secunda causa ariditatum.

9. **S**ecunda causa ariditatum, est Dæmon. Vniuersum bellum, inquit S. Nilus, quod inter nos & demones constat, non est de alta re, quàm de oratione. Est enim illa oratio valde aduersa & odiosa nobis, verò salutaris & valde benigna. Hinc Abbas Marcellus in eremo manens, dum surrexisset nocte quadam vt psalmos caneret, eosq; psallere cœpisset, audiuit vocem buccine, quasi bellicum clangentis, & cogitabat, vnde hoc in loco vox perstreperet buccina, cum & bellum ibi & milites abessent. Et cum ista secum reuolueret, demon propè illum veniens dixit ei: Vtique bellum est, si ergo oppugnari ac repugnare non vis, vade, dormi, & non oppugnaberis. Huic similia de audito tubicine, demones conuocante ad impugnandum orantes, narrat S. Ioannes Climacus, & Pratum Spirituale.

Porro à dæmone oritur ariditas duobus modis, vt & quæuis tentatio ab eo procedens, vt dixit S. Syncretica: & de intro, hoc est interius, & exterius. Sicut nauis, inquit illa, aliquando exterius fluctuum motibus opprimitur, aliquando verò interius crescente sentina demergitur. Et quidem exterius & immediatè dæmon orantes innadit, quando permittente Deo, nos per se infestat orantes. Cuius rei exempla sunt apud S. Athanasium in vita S. Antonij, & apud S. Hieronymum in vita S. Hilariionis, & apud S. Gregorium lib. 2. dial. c. 4. & apud Cæsarium Cisterciensem l. 5. de miraculis c. 5. Sed celebris est illa historia, quam diuersis in locis in Vitis Patrum legimus de S. Macario Alexandrino seu iuniorè, ab ipsomet narrata: Quòd quodam tempore nocte, demon ad ostium cellule eius pulsauerit dicens: Surge Abba Macari, & eamus ad collectam, vbi Fratres ad vigiliam congregantur: cui dicens: O mendax & veritatis inimice, quid tibi societatis cum congregatione Sanctorum? ait demon: latet ergo te d. Macari, quòd sine nobis nulla collecta agitur, nullaq; congregatio monachorum: veni demique, & videbis opera nostra. Tunc oratione præmissa abiit ad collectam, vbi à Fratribus vigilia celebrabatur: & vidit per totam Ecclesiam, quasi paruulos quosdam puerulos Aethiopes terros discurrere huc atque illuc, & velut volitando deseri. Dissidentes ergo illi Aethiopes singulis quibusq; sedentibus alludebant, & si cui duobus diguulis oculos comprehensissent statim dormitabat: si cui verò in os immergissent diguam, oscitare eum faciebant. Vbi verò post psalmum ad orandum se proiecissent Fratres percurrerant nihilominus singulos, & ante alium iacentem in oratione, quasi mulierum specie ferebantur, ante alium quasi edificantes atque portantes aliquid, ac diuersa quæque agentes apparebant. Et quæcumque demones quasi ludendo formassent, hæc orantes illi in cordis sui cogitatione versabant, à nonnullis tamen, vbi aliquid horum agere cœpissent, quasi vi quadam repulsi, praci-

pites deiciebantur, ita vt nec stare quidem profusus aut transire iuxta eos auderent: alii verò etiam infirmis Fratribus, supra ceruices & dorso ludebant, quia non erant in oratione sua intenti. Hæc cum vidisset S. Macarius ingemuit grauiter, & lacrymas profundens orauit: post orationem verò examinanda veritatis gratiâ seorsum euocatis singulis, ante quorum faciem viderat demones diuerso habitu, & variis imaginibus ludentes, requirit ab eis, quas cogitationes habuerint, & singuli eorum ita constabantur, in corde suo fuisse, vt ille arguebat. Et tunc intellectum est, prauas cogitationes in oratione ex illusione demonum fieri. Sed cum discerni sine peculiari Dei lumine non possit, an prauæ cogitationes in nobis exurgentes, causæ ariditatum, immò ipsæ ariditates profectæ sint à dæmone exterius vel interius nos tentante, id non curandum est. Quocumque tandem modo ariditates immitat, sequendum est S. Basilij consilium: Si quando ex insidiis circumuenire diabolus tentet, & quas commentus ex se est, cogitationes magno cum impetu veluti ignita quadam tela, in pacatum ac quietum animi statum intorquere contendat, illumq; inopino assultu conetur incendere, & eorum quas semel intorserit, diuturnas & ad extricandum difficiles memorias efficere, sanè tunc maiore quadam vigilantia, contentioreq; animaduersione huiusmodi declinande insidie sunt: & peritorum athletarum imitanda consuetudo, qui summa cum animi attentione, tum corporis agilitate celeritateq; aduersariorum suorum apprehensiones eludunt, & belli omnis euasio & telorum declinatio, orationi ac diuinae opis implorationi committenda. Hoc enim nobis Paulus præcepit, cum dixit: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Secundus modus, quo à dæmone proficiunt ariditates, est mediatas, nimirum ex prauis habitibus acquisitis per actus malos, dæmone instigante factos, vt sunt colloquia otiosa, vel de rebus secularibus: præcedens mala sensuum custodia: dum quæ curiosè vidimus, & cum culpa fecimus oliti, menti nostræ sese ingerunt, tempore orationis per prauas suggestiones, quas S. Macarius appellat *furta cogitationum*, & B. Laur. Iustinian. *furtum mentis in oratione*, quia furantur illas temporis particulas, quas dum oramus occupant. Qua de re idem S. Macarius ibidem sic loquitur: Anima quæ peccato inuoluta est (scilicet ob peccata præterito tempore admissa) ita se habet vt in monte sylua magna, aut in flumine arundines, aut densitas quadam spinarum ac nemoris: quam qui transire voluerint, necesse habent manus extendere, nec sine vi & labore repellere circum iacentem materiam. Ita ferè materia cogitationum, ab aduersaria potestate manantium imminet animæ. Ceterum, verum orationis fundamentum est, cogitationibus diligenter attendere, hoc est, ne te alienæ à proposito materia meditationis, inuadant, & aliò abducant. Quod si inuitum inuaserint anthore dæmone, contende, inquit S. Nilus, vt

Const. mon. 6. 18.

Eph. 6.

Mac. h. 6. Inf. disc. & perf. mon. con. c. 18. col. 9.

10.

c. 9. de orat. men-

mentem tuam tempore orationis surdam & mutam reddas, id est, non audias quæ menti ingerit, non inquiras, quæ suggerit, non quæras, quæ oblitus eras: vt idem ibidem monet.

11. Dum talibus ariditatibus vexamur, tria sunt facienda. 1. Humiliemus nos coram Deo. 2. doceamus de data illis occasione. 3. si impetamur cogitationibus blasphemiarum contra Deum & diuinam, non terreamur, nec disputemus cum diabolo, sed vt suadet S. Ioannes Climacus, contemnamus. Qui enim hunc spiritum despicit, liber euasit; qui vero illi aliter reluctari nititur, tandem subiacebit. Et qui verbis spiritum blasphemie continere vult, is ei similis est, qui ventos & conuersionem manibus includere nititur. Solet autem plerumque in simpliciorum atque puriorum mentibus huiusmodi demon immorari, quod hi maximè vehementius cateru concuti & perturbari consueuerunt. 4. nihilominus tamen conemur orare, & nauigare contra ventum: nam vt docet S. Macarius, assequi possunt, quæ cupiunt orantes, insurgentes cogitationes propellendo, & iuxta Domini voluntatem ambulando. Qua de re S. Basilius sic scribit. Quamuis demon inter orandum, prauas rerum animis nostris species obiciat, non propterea tamen ab oratione nobis est desistendum, neque iniectam ab hoste prauam sementem, aut immisissas à prestigiatore versipellis suggestiones, nostras esse arbitrandum, quin potius vbi rem nobiscum putauerimus & sceleris inuentori, prauarum istiusmodi cogitationum causas attribuerimus, hoc maiore debemus conatu procumbere, Deoq; supplicare, vt dissecta ab animo nostro interposita istiusmodi nequam cogitationum quasi maceria, mens liberè celeriterq; sine vlla mora impedimento ad ipsum queat peruenire, neque ab instituto suo cursu vllis malarum cogitationum incurribus retardetur. Si vero per aduersarij impudentiam, flagitiosarum huiusmodi cogitationum vis vehementior etiam insurgat, ne sic quidem est succumbendum, aut deiciendus animus, neque suscepta certamina, ex dimidia parte confecta relinquenda, sed eosque obfirmatè perdurandum, quoad Deus perspecta nostrà constantia, gratia Spiritus S. nobis assilgeat nosue illustret, quod & insidiatorem in fugam propellat, & mentem nobis puram efficiat, & diuino lumine compleat, & rationi nostræ in pacatissima tranquillitate constituta orium ad Deum colendum suppeditet. Quod si Deus ob causas sibi notas, relinquat nos inuitos in mentis euagationibus & ariditatibus, nõ tristemur, quia etiam talis nostra meditatio & oratio, etsi arida, Deo placebit. Profunt enim etiam tentationes, nos inter orandum infestantes. Nam vt ait S. Hilarius lib. 5. homilia de Iob. quæ non exstat, sed citatur à S. Augustino: Tanta & tam admirabilis in nos misericordia Dei bonitas est, vt per quem in Adæ offensa, generositate prima & beata illius creationis amissimus, per eum rursus, id, quod amissimus, obtinere mereamur. Tunc enim Diabolus inuidens nocuit, nunc autem cum nocere nititur, vincitur. Mouet enim per infirmitatem carnis nostræ, omnia potestate sua tela, sum ad lasciuiam accendit,

cum ad ebrietatem inlicit, cum ad odia simulat, cum ad auaritiam prouocat, cum ad cades instruit, cum ad maledicta exacerbat. Sed cum per firmitatem animi, horum omnium surrepentia inuentia reprimuntur, emendamus à peccato per huius victoriæ gloriam. Qua de re exstat etiam præclara doctrina à Beatiſſima Virg. data S. Brigittæ. Cum enim S. Brigitta esset tentata in oratione sua, dixit ei Sanctissima MARIA: Diabolus est sicut explorator inuidus, quærens accusare bonos, & impedire ne in orationibus suis diuinitus exaudiantur. Propterea, quacumque tentatione tentaris in oratione, nihilominus ora, & conare ad orandum: quia desiderium & conatus bonus reputabitur pro effectu orationis: Et, si sordida aduenientia menti eicere non poteris, tunc ille conatus reputabitur tibi pro corona, lummodo tentationibus non consentias, & sint contra voluntatem tuam. Similia Christus Dominus eam docuit alio in loco. Et ita etiam in ariditatibus à dæmone cautis, verissimum est, si eis resistamus, illud S. Chrysostomus: demones plerumque nos inuare dum oppugnant. Quocirca meritò Abbas Moyſes apud Cassianum cum à Cassiano audiisset, eum ab acedia liberatum per recursum ad Paulum Abbatem: Non te, ait, ab ea liberaſti, sed magis ei te deditum ac subditum prabuisti. Grauius enim te vt desertorem ac fugitiuum demceps aduersarius impugnavit: quem de conflictu superatum, protinus aufugisse conspexit: nisi de cætero commissa confessione, non desertione cella, vel somni torpore ingruentes æstus eius ad horam euaporare malueris; sed tolerantia potius & conflictu didiceris triumphare. Vnde experimento probatum est, acedia impugnationem, non declinando fugiendam, sed resistendo superandam. Hoc ipsum docuit S. Thomas: Peccatum, inquit, semper est fugiendum, secundum illud 2. 1. Ecclesiastici 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum; sed impugnatione peccati quandoque est vincenda fugiendo, quandoque resistendo: fugiendo quidem, quando continua cogitatio auget peccati inuentum, sicut est luxuria. Vnde dicitur 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Resistendo autem, quando cogitatio perseverans, tollit inuentum peccati: quod prouenit ex aliqua leui apprehensione: & hoc contingit in acedia: quia quando magis cogitamus de bonis spiritualibus, tunc magis nobis placencia redduntur; ex quo cessat acedia. Idem meritò S. Bernardus monuit. Cum te torpore, acedia, vel tedio affici sentis, noli propterea diffidere, aut desistere à studio spirituali, sed inuantis (scilicet Dei) require manum, trahi te obsecrans, sponse exemplo: donec denud suscitante gratia factus promptior, alacriorq; curras. & dicas: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Et alibi: Cum, inquit, inceptis, tristitia implebit cor tuum; sed si perseveraueris, tristitia tua vertetur in gaudium. Tunc enim purgabitur affectus & voluntas renouabitur, vel potius noua creabitur: vt omnia, quæ primò difficilia, immò impossibilia videbantur, cum multis currantur dulcedine & audistate.

CAPVT QVARTVM.

De tertia causa ariditatum.

14. **A** Deo quoque ariditates sæpe proteniunt. *Aliter nos tentat DEVS, inquit S. Ambrosius, aliter diabolus: diabolus tentat vt subruat, DEVS tentat vt coronet. Inter tentationes autem etiam ariditas ponenda est deuotionis. Consequitur nonnumquam, (inquit B. Laurentius Iustinianus) Deo iusto amabiliterq; permittente mens quodam reperiis spiritualis frigore, & quãdam diuini gustus priuatione perfunda, adeo vt nil reperiat, per quod valeat erigi. Cum lectio vacare vult, somno grauatur; cum inexcitabilia corporis resolutionis & hore exitus, seu fragoris extremi iudicij, atque æterni cruciatu incendij recordari conatur, vt se compungat, non potest: cum orationis studio & meditationi ardentem intendere nititur, coramq; Domino prostrata crebris pectoris tusionibus & amaris gemitibus caeleste implorat suffragium, prorsus omni arefcit dulcedine charitatis. Quod fit præcipue his modis ferè, quibus tentari homines à Deo docet Abbas Theodorus apud Cassianum.*

1. In pœnam alicuius peccati, vel tepiditatis in spiritualibus studiis seu exercitiis, vt ait S. P. Ignatius, vel superbie aut præsumptionis. Fit, inquit S. Gregorius, vt aliquando se hæc eadem gratia vilitate subtrahat, vt præsumpti mentis quantum in se infirmetur, ostendat. Tunc enim verè cognoscimus bona nostra, vnde sint, quando hæc quasi amittendo, sentimus, quia à nobis seruari non possunt. Et S. Ioannes Climacus: Solent, inquit, ipse quoque lacryma leniores quosdam nonnumquam attollere, quocirca quibusdam diuinã dispensatione subtrahuntur, vt dum se ipsos priuatos viderint, studiosius eas requirentes, miseris seipos agnoscant, gemitibusq; ac merore & dolore animi, profundaq; tristitia, & hesitatione se conuertant, que omnia lacrymarum vices implere solent, etsi ab ipsissimum vilitate, nihil estimetur. Similia habet S. Bernardus. Ideo meritò B. Laurentius Iustinianus scripsit: Quoniam nullus est, qui non saltem in multis venialibus offendat, equidem nemo inuenitur (seclusis diuinis priuilegiis) cui sæpe diuinus non subtrahatur gustus.

2. Permittit DEVS tentationes & ariditates ad augmentum meriti, quod in resistendo cõsequimur, & nos illa occasione coram Deo humiliando. Ideo benè ait S. Ioannes Climacus, Nihil aquè, vt acedia, monacho tot coronas parat. Si consideres diligentiùs, inuenies eam oppugnare lasitudine stantes pedibus, sedentibus persuadere, vt super parietem se reclinent. His si resistatur ob DEI reuerentiam, merita congregantur. Hoc diuinitus didicit B. Catharina Bononiensis infra citanda, n. 26. Vnde meritò S. Teresa monuit suas moniales: Si postquam fecerimus, quod fuerit ex parte nostra, nec tamen DEVS det gustum & suauitatem, eum id in futurum reseruare, vt in celo simul & iunctim

nobis det: ac nos quasi generosos milites tractare velle, nobis in hoc mundo sic crucem imponendo, sicut eam maiestas illius quoad vixit, tulit. Quem autem sinceriores & meliores ostendere nobis amorem potest, quàm hoc ipsum nobis dare, quod sibi ipsi alias depoposuit: immò verò fieri potest, vt ne ex contemplatione quidem tantum præmium recipere. Meritò ergo Beatissima Virgo MARIA dixit S. Brigitte: Turbari non debes, si quandoquè cor tuum induratur, quia hoc est ad maiorem coronam, tum ob patientiam, tum ob humilitationem nostri, quæ inde sequi solet in nobis. Quod hæc similitudine declarauit quidam senex in Vitis Patrum: Nisi, inquit, velaret pistora, oculos animalis ad molam circumuectis, conuerteret se animal, & comederet labores suos: ita & nos velamen accipimus secundum dispensationem Dei, ne videamus quæ operamur bona, & beatificantes forsitan nosmetipsos, perdamus mercedem nostram. Propter eam ergo relinquimur per interualla temporum, semel sic sordides cogitationes assumere, vt cum easdem cogitationes aspiciamus, nosmetipsos iudicio proprio condemnemus. Ee enim cogitationes ipsæ, velamen sunt ipsius modici boni operis, quod non agnoscendo, nos humiliamus, & sic meremur.

3. Vt inquit Abbas Daniel apud Cassianum, perseverantia nostra, vel mentis constantia, & desiderium probetur, & qua intentione cor dicitur vel orationum instantia deserentem nos visitationem S. Spiritus requiramus, manifestetur in nobis. Cum exierit homo proficere, inquit S. Bernardus, hoc est, piè viuere in Christo, necesse est, teste Scriptura, persecutionem patiantur: vt recens gaudium vertatur in merorem, & dulcedo boni vix summis labijs attrita in amaritudinem commutetur, ita vt libeat dicere: Versa est cithara mea in luctum, & cantatio mea in plorationem. Plorat ergo amariùs amissam dulcedinem, quàm priùs fleuerat admissam peccatorum amaritudinem, & hoc tandem facit, donec Deo miserante consolatio redeat. Quæ denud redeunte cognoscit eam quam passus est tentationem, probationem fuisse, non desolationem. Porro probationem fuisse ad eruditionem, non ad destructionem, sicut scriptum est: Virescit eum diluculo & subitò probas illum.

4. Vt, quemadmodum idem Abbas Daniel ibidem ait, cognoscentes, quanto labore amissum illud spirituale gaudium, & puritatis læticia conquiratur, sollicitius inuentam custodire, ac tenere intentius studiamus. Quodammodo enim negligentius custodiri solet, quiddid creditur facile posse reparari.

5. Ad probationem nostram Deo seruiamus tempore desolationum; & quemadmodum ait S. P. N. Ignatius, vt probemur, quoniam sumus, & quomodo in Dei seruicium & honorem absque presentie quodam consolationum donorumq; spiritualium stipendio, nosmetipsos impendimus. Quandoque non reuertitur sponsum, inquit S. Bernardus, ad vocem & votum reuocantis, (in oratione opem Dei implorantis tempore ariditatis) Quare vt desiderium crescat, vt probetur affectus, vt exerceatur amoris negotium. Sanè ergo dissimulatio est, non indignatio. Sed

Math 7.
Deut. 13.
Coll. 4.
cap. 6.
Iud. 3.

superest, vt quaratur, si forte reperitur quæsitus, qui
votatus non venit dicente Domino: Omnis qui querit,
inuenit. Quæ de re ita nos præmonuit Moyses:
Tentat vos Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis
eum, an non in toto corde. & in tota anima vestra.
Hoc inquit Abbas Daniel, in Iadicum libro super
exterminatione gentium spiritualium, quæ aduersan-
tur Israël, mystice legimus designatum. He sunt, in-
quit, gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis
Israëlem, & haberent consuetudinem cum hostibus
preliandi. Et iterum post pauca: Dimisitq; eos Domi-
nus, vt in ipsis experiretur Israëlita vtrum audirent
mandata Domini, quæ præceperat Patribus eorum, per
manum Moysis, an non. Quam vtiq; pugnam, non
inuidens Deus, qui etsi Israëlitis non male eisdem con-
sulens, sed sciens esse vtilissimum, reseruauit: vt dum
gentium semper istarum impugnatione deprimeretur,
numquam se sentiret auxilio Domini non egere, & ob
id, semper in eius meditatione & inuocatione persistens,
nec meriti otio solueretur, nec bellandi vsu & exerci-
tia virtutis amitteret. Frequenter enim, quos non po-
tuerunt aduersa superare, securitas & prosperitas decie-
cerunt.

19.
de vitâ
foli. col.
19.

6. Vt agnoscamus, non esse in manu nostra
& potestate, bene orare: sed id totum pendere
à Dei liberalitate. Plurimi, inquit S. Bernardus,
cum pascuntur pane filiorum (id est bona illa orationis
suauitate) iam se esse filios arbitrantur: & deficientes
vnde proficere debebant, ex visitante gratiâ euanescent
in conscientia sua, arbitantes se aliquid esse, cum nihil
sint, & de bonis Dei non emendantur, sed indurantur.
Nimirum dum post suauitatem orationis non
humili animo acceptatæ duritiem ariditatis
immittit Deus. Vt agnoscat eorum opus & be-
neficium esse suauitatem orationis & diuinæ
consolationis affectus. Ipse Redemptor, inquit S.
Macarius, veniens immutat cogitationes animæ, easq;
facit diuinas, caelestes & probas, ac docet animam, ve-
ram precandi rationem, non distractam nec errabun-
dam. Quamquam etiam animæ ex parte sua, sit veluti
que filios errantes cogit, & castigans cogitationes per
peccatum dissipatas, inducat in domum corporis sui.
Quod cum fieri non possit sine diuinis auxiliis,
nos præmuniamus contra animi elationem, quæ
posset exurgere, si numquam ariditatem pate-
remur. Quam multis non profuit gratiam percepisse,
inquit S. Bernardus, pro eo quod temperamentum
de veritate, pariter non acceperunt. Ex hoc enim plus
quam oportuit complacere sibi in eâ, dum veritati
non sunt veritatis obtutus &c. Inde factum vt in qua
priuatim exultare voluerant, gratiâ priuarentur, quib-
us vel sero dici potuerit: Euntes ergo discite quid sit,
seruiste Domino in timore, & exultate ei cum tremore.
Dixerat enim sancta anima quadam in abundantia
sua: Non mouebo in æternum, cum subito sensit à se
auersam faciem Verbi seq; non modo motam, sed et-
iam conturbatam, & sic in tristitia didici, opus fuisse
sibi cum munere quidem deuotionis, etiam pondere
veritatis.

Coll. 4.
cap. 4.

Septimam causam assignat, Abbas Daniel,

apud Cassianum, vt paulisper, inquit, à Domino de-
relictis infirmitatem humiliter inuenies, super præ-
cedente puritate cordis, quæ nobis est illius visitatione do-
nata, nullatenus exultamus: probantesq; nos ab eo de-
relictos, gemitibus nostris & industria, illum laticia ac
puritatis statum recuperare non posse intelligamus, &
præteritam cordis alacritatem non nostro studio, sed il-
lius nobis dignatione fuisse collatam; & præsentem, de
ipsis rursum gratia, & illuminatione poscendam.
Quod pariter dicit S. P. N. Ignatius in Exercitiis: Reg. 9.
Vt certi plane sumus nostrarum virtutum non esse, vel ac-
quirere, vel retinere seruiorem deuotionis, vehementiam
amoris, abundantiam lacrymarum, & aliam quamli-
bet internam consolationem, sed omnia hæc gratuita
esse Dei dona; quæ si vendicemus nobis vt propria, su-
perbis & vana gloria erimur, non sine salutis graui
periculo incursumus. Sed & ipsius Christi Do-
mini hæc doctrina est, tradita S. Birgittæ: Cogita-
tiones mala quamuis non impingunt, & fatiant ani-
mam, vt oleum bonarum cogitationum, tamen profi-
ciunt ad animæ purgationem sicut sinapis ad purgatio-
nem cerebri. Nisi enim quandoque non interuenirent
cogitationes mala, tunc homo esset angelus & non ho-
mo, & putaret homo omnia habere à seipso. Idem, vt
homo intelligat infirmitatem suam, quam habet à se-
ipso, & fortitudinem quam habet à me, necesse est, vt
permutetur ex magna misericordia quandoque ten-
tari cogitationibus malis: quibus si homo non consen-
tit, purgatio sunt anima & custodia virtutum iuarum;
& licet amare sint quasi sinapis ad ferendam, tamen
multum sanant animam, & ducunt eam ad æternam
vitam & sanitatem que non potest haberi sine ama-
ritudinibus. Ergo vasa animæ, vbi cogitationes bonæ re-
ponuntur, sedulo præparentur, & continue mundentur,
quia vtile est, vt etiam cogitationes mala adueniant
propter probationem & maioris meriti: laboret autem
anima diligenter, ne consentiat eis vel delectetur in eis.
Sed humiliando se coram Deo, eius opem im-
ploret: & vt monet S. Macarius: Tollamus corpus
nostrum, ac edificemus altare, cui superimponamus
omnes cogitationes nostras, rogemusq; Dominum vt de
calo mittat inuisibilem & summum ignem, qui absu-
mat tum altare, tum omnia que in eo sunt, cunctiq;que
sacerdotes Baal (que sunt aduersaria potestates) ruant.
Ac tum sentiemus spiritalem pluuiam, velut hominis
vestigium venientem in animam, ita vt impleatur in
nobis diuina promissio, qua dictum est apud Prophe-
tam: erigam & reedificabo tabernaculum Dauid, quod
collapsum est, & diruta eius reedificabo: vt sua beni-
gnitate Dominus illustret animam in nocte, in tenebris,
in ebrietate denique ignorantis agentem, (vti con-
tingit animæ in ariditate consentienti) que exper-
gesceta (per deuotionis cælitus demissa gratiâ)
sine offendiculo ambulet, peragens diæ vitæq; opera. Eccl. 13. c. 6.
hæc ratione pulchre respondit Dominus S. Ger-
trudi: Ex magna dispensatione tuæ salutis te aliquan-
do admittendo ad mea secreta per contemplatio-
nem eleuo, etiam ad custodiam humilitatis quando-
que excludo, vt accipiens inuenias quid sis ex me, &
rursus carens, agnoscas quod sis ex te ipsa. Et alio-
tem-

de casu

con. c.

1. 1. Reo

c. 17. d.

3. p. vit

1. 1. d. c.

hom. 1.

Matth.

c. 14.

om.

Amos 9.

Eccl. 13. c. 6.

1. 1. d. c.

1. 1. d. c.

1. 1. d. c.

1. 1. d. c.

1. 1. d. c.

tempore, dum in festo quodam vitio capitis in cantu impeditur, requisivit a Domino cur sapiens in festo sinneret hoc ei euenire? super hoc tale accepit responsum: Ne forte per delectationem modulationis eleuata, gratia minus idonea inueniatur. Et illa: Gratia tua Domine posset in me hunc casum precauere. Et Dominus: Ad meliorem profectum cedit homini, quod sibi occasio casus tollitur per depressionem grauaminis: quia in duplex illi meritis crescit, scilicet patientia & humilitas.

Et ita B. Laurentius Iustinianus scriptum reliquit: Sapiencia quoque se subtrahit, vt quem diligit, humiliando custodiat. Nam maximum humiliationis genus est, vehementer pure, amantem, dilecti sui priuare presentia. Prastantius vero est innocenter humiliari quam iuste. Nam innocentia meritum cumulat.

20. Denique immittit Deus ariditates propter honorem & gustum suum. Nam, vt diuinitus edocta B. Maria Magdalena de Pazzis in quodam raptu dixit: Spiritus sanctus in sua ratione prae dicit plantis, quas in sancta Ecclesia plantauit, ita rem disponit, per spirituale quoddam cambium, vt planta pinguis participet ariditatem plantae alterius, & contra, ex quo maior in Deum honor redundat, quam si qualibet planta, semper in suo statu arido vel pinguis permaneret. Et sicut obseruauit S. Chrysostr. Deus

21. in Sanctis omnibus facit, quos neque tribulationes, neque iucunditates sinit habere continuas, sed tum ex aduersis, tum ex prosperis iustorum vitam, quasi admirabili varietate contexit. Quod & in Christo factum a Deo indicat. Quando autem nos aridos in oratione vult esse, videtque eius voluntati esse conformes, delectatur talire signatione & nostram perseverantiam in ariditate, & simul in oratione, quamuis non concedat deuotionis sensum, quem ab eo postulamus, quod quidem nobis honorificum est. Hinc S. Nilus solatur suos hac ratione & admonet: Ne petas a Deo imperiosè quod statim vult imperare: vult enim diuine beneficii officere in oratione perseverantem. Quid enim excellentius, quam cum Deo colloqui, & vsu eius deimari? Plures alias subtractionis, deuotionis, & ariditatis causas, ex sententia S. Bonauenturae & Geronsii, vide in hoc Opusculo numer. 26. quas ferè omnes insinuat S. Bernardus tr. de scala claustrali col. 3.

Ne timeas a Sponsa, ne desperes, ne existimes te contemni, si paulisper tibi subtrahit Sponsus faciem suam: omnia ista cooperantur tibi in bonum, & de accessu ac recessu lucrum acquiris: tibi venit, tibi & recedit. Venit ad consolationem, recedit ad cautelam, ne magnitudo consolationis extollat te, ne si semper apud te sit Sponsus, incipias contemnere sodales. & hanc continuam visitationem non iam gratiae attribuas, sed naturae. Haec autem gratiam cui vult, & quando vult Sponsus tribuit, non quasi iure hereditario possidetur. Vulgare proverbium est, quod nimia familiaritas parit contemptum. Recedit ergo, ne forte nimis assiduum contemnatur, & absens magis desideretur, desideratus, audius queratur, diu quiescis tandem gratius inueniatur.

Præterea si nunquam deesset hic consolatio (qua respectu gloriae futura, quae reuelabitur in nobis, aemula est, & ex parte) putarem forte hic habere civitatem manentem & minus inquireremus futuram. Ne ergo exilium deputemus pro patria, aram pro pretij summa, veni Sponsus & recedit, vicissim nunc consolationem asserens, nunc vniuersum stratam nostram in infirmitatem commutans: paulisper nos permittit gustare quam suavis est, & antequam plenè sentiamus, se subtrahit: & ita quasi alio expansis supra nos volitans, prouocat nos ad volandum &c. Sed caue tibi a Sponsa, quando absentat se Sponsus, non longe abibit, & si non vides eum, ipse tamen videt te semper, plenus oculis ante & retrò. Habet etiam circa te nuncios suos spiritus quasi sagacissimos exploratores, vt videat quomodo absente Sponso conuerteris, & accensent te coram ipso si aliqua signa lasciuiae & surrilitatis in te deprehenderint. Zelotypus est Sponsus iste. Si forte alium amorem receperis, si alius magis placere studueris, statim discedet a te, & alius adhaerebit adolescentulis. Delicatus est Sponsus iste, nobilis & diues est: Speciosus est praesertim hominum, & ideo non nisi speciosam dignatur habere sponsam. Si viderit in te maculam siue rugam, statim auertit oculos. Nullam enim immunditiam potest sustinere. Esto ergo castus, esto verecunda & humilis, vt sic a Sponso tuo merearis frequenter visitari.

Quamquam est & haec causa deuotionis sensibilibus negata, quam attingit B. Laurentius Iustinianus c. 6. de interiori conflictu. Temperanter, inquit, spiritualis est sumenda dulcedo, ne ex immoderato gustu fastidium generet. Hoc Sapiens insinuat, inquit: Mel inuenisti, comede quod sufficit, ne cogaris euomere. Nō igitur ad fastiditatem spiritualis est sectanda deuotio, ne ex familiaritate nimia contemptum, aut ex assiduitate imprudenti tedium generet.

Si primo modo oriatur ariditas, hoc est, in poenam alicuius peccati, vel superbiae vel praesumptionis, gaudendum est, quod ita Deo pro offensa satisfiat aliqua ratione. Hanc ob causam P. Ludouicus de Ponte, gaudebat esse infernum & purgatorium: & tale gaudium oritur ex amore erga Deum solido, & ex odio bono peccati, & magna cognitione diuinae excellentiae, ac reuerentia eius maiestatis &c. Præterea vt monet S. Diadochus, gratia Deo agende sunt, quod priuatione consolationis, intemperantiam voluntatis nostrae castigant, vt nos tanquam bonus pater, virtutis & vitij differentiam doceret.

Si reliquis modis oriatur ariditas, similiter gaudendum est quia Deus ita nos vult tractare, & conformitas cum eius voluntate, non est minoris, sed maioris momenti, estque actus heroicæ obedientiae quam Deo debemus, imò & charitatis: vnde videmus magnos Dei seruos, talibus ariditatibus vexatos, S. Teresa per 18. annos eas passa est, vt ipsamet de se scribit in vita sua: & de ea P. Ribera, Sic S. Franciscus per biennium grauissimo microte tabescebat, etiam in oratione, vt sibi videretur detelictus a Deo, & eum celare, ac cum fratribus conuersari

Y 2 non

Vit. c. 12. 18. Vit. c. 2. 5. 2. I. 1. vit. cap. 7. cap. 17. Luc. 22. 43. disc. & perf. ad mon. con. cap. 18. psal. 93. de casto con. c. 14.

non potuerit, eum que abigere oratione nequiterit. B. Clara de Montefalco per annos 11. continuos fuit varie exagitata à demonibus, & priuata caelestibus uis, quibus antea abundabat. P. Aluarez per 16. annos aridus fuit. B. Catharina Bononienfis per 5. annos valde desolata fuit & demonis illusionibus exagitata, vt ipsa de se scribit, & nolter P. Grassettus in eius vita. Sed admirandum est huius rei exemplum in B. Angela de Fulgino, vt ipsa de se scribit, & refert inauditas ariditates spiritus, & tentationes demonis quas passa est in corpore & anima per biennium: vt & B. Maria Magdalena de Pazzis prius per annos 5. deinde per alios sexdecim continuos, maximam ariditatem passa est vsque ad ipsam mortem, vt videretur à Deo quodammodo derelicta, & sine sensu diuinæ gratiæ; quod ipsi euenturum, Deus ipse, eam præmonuerat. Minime autem desperet, inquit B. Laurentius Iustinianus de triumph. Christi agone, qui huiusmodi est, perseveret in bono, vt per bonum discat bene facere. Non enim in bono occupatos derelinquit Deus, illos ex inperato, & in nesciente caligine visitare consuevit.

CAPVT QVINTVM.

Quo sensu animi excipiendæ sint ariditates in oratione.

25. Sciendum portò titonibus, vnde cunq; oriantur ariditates: non debere nos propter illas abruptere nostram meditationem vel orationem. Hoc quippe præcedit demon dum sine gustu deuotionis oramus, eam vt abruptamus. Perseueremus ergo tunc in illa Christi exemplo edocti, qui factus in agonia, (quod fuit tempus summæ ariditatis) prolixius orabat. Grata enim mens, inquit B. Laurentius Iustinianus, & vere charitatis iaculo vulnerata, nihil quod ad se pertinet, perficere negligit. Eadem virtutum exercitia idem orationis studium peragat cum spirituali lacte penuriam patitur, sicut cum diuino calore repletur, licet id non eodem agat gustu. Scit namq; sapientia erudita magisterio, quod maturum donorum dignior efficitur, post labores & certamina. Hoc significare voluit Propheta cum diceret: Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo, consolationes tue lenificauerunt animam meam. Paucorum vero est, quod supra commemoratum est. Nam perfecta charitatis argumentum est notissimum, in aduersis fiduciam non amittere, & virtutes vniuersimode semper operari, atque sub Dei disciplina eodem animo, eodemq; vultu perseuerare. Quamquam sæpè accidit vt post ariditates generose toleratas, dum aride orans vel meditans, vt ait idem Sanctus alibi, & in prece perseverans pulsat vt aperiat, subito iudiciale repletur, ac lumine coruscus, vberim emanare, inchoet profusum lacrymarum, & qui prius atquam lapis corde mauerat, nunc superno liquefactus respectu, præ dulcedine non

& exultatione presentia Verbi se à lacrymis continere non valet, vt in Psalmo legitur: Ante faciem frigoribus eius quis sustinebit: Emitte Verbum suum & liquefaciet ea: sicut Spiritus eius, & fluunt aqua. Humiliare præcipue te debes, inquit Thomas de Kempis, cum parum aut nihil deuotionis interius sentis, sed non minimum deiici, nec inordinate contristari. Nam si ex culpa nostra presenti oriuntur, gaudendum est, quod per eas Deus puniat peccata nostra. Hoc sensu dicebat David, Deo gratias agens & gaudens: Bonum mihi Domine, quia humiliasti me, vt Plac. discam iustificationes tuas.

Quod si ob culpam præteritam Deus ariditates immitat, etiam tunc, quando ex parte nostra adhibuerimus omnia media ad bene orandum, non est desistendum ab orando. Nam vt promittit hac de re disserens S. Nilus verbis Christi: Qui diutius ac multum querit, inuenit, & pulsanti aperietur. Clama ad Deum, & ope eius implora: quia vt ait S. Iohannes Climacus: Si contra inimicos tuos Regem iugiter interpellaueris, cum ad te accedent, confide, non laborabis. Ipsi sua sponte abs te discedent. Neque enim impuri & contaminati spiritus, patiuntur inspicere, dum coronam ex illorum impugnatione susceperis. Hoc ipsum suadet S. Bernardus ser. 21. in Cantica.

Si vero ariditates non oriuntur ex culpa, Primò seruandum est S. Diadochi monitum; Oportet, inquit, dolere moderate quasi nos derelictos, quò summiores sumus, ac magis glorie Domini subiecti. Secundo, vt idem ibidem addit: Debemus letari oportune spe bonæ exultantes, scilicet adfuerit deuotionis: Quod etiam commendat S. P. N. Ignatius in libro Exercitiorum. Præterea gaudendum, quia dant occasionem meritorum: quæ sæpè sunt maiora; dum aride oramus & communicamus. Qua de re extat præclarum monitum & exemplum in libello quodam B. Catharina Bononienfis in Tractatu Italico ab ea (vt ipsa scribit) ex diuina inspiratione conscripto de armis ad pinguandum necessariis: in quo libello scribit: Cum tentato fuisset grauius, & diu de presentia Christi in Eucharistia, & diuinitate agnouisset, veritatem huius dogmatis; Deus illi ostendit, quomodo vere persona que communicat sine gustu deuotionis, recipit gratiam Sacramenti, dummodo habeat bonam conscientiam, quamuis spiritus tentatur circa fidem, vel aliud, dummodo non prebeatur consensus, quod maius meritum est anima, si communicet cum supradictis impugnationibus, serendo patienter tempestatem spiritus, quam illa, que communicat cum multa dulcedine & suauitate. Hæc illa. Simile documentum dedit Dominus S. Gertrudi, que cum oraret pro quadam, qua causabatur, sibi parcius infundit gratiam deuotionis illo die, quo esset communicatura, quam quibusdam etiam prius diebus; Dominus respondit: Non casu fit hoc, sed dispensatiue: quia quando prius diebus & etiam improsis horis, infundit gratiam deuotionis, per hoc cor hominis ad me mir elsuare, quod tunc sorte remaneret in suo torpore. Com

verd in diebus festis seu hora communionis; gratiam subtrahit, electorum corda magis exercitantur per voluntatem desideriorum, siue per humilitatem. Unde tale studium talisq; contritio, magis lucratur ad eorum salutem, quam quandoque gratia deuotionis. Et alio tempore scire desiderans quis fructus esset in eo quoddam cogitationes diriguntur ad Deum, taliter instructa est, quod cum homo meditando siue intendendo cogitationes suas in Deum dirigit, ante thronum gloria presentat Deo speculum miri splendoris, in quo Dominus sui ipsius imaginem iucundissime speculatur, quia ipse immissor est & director omnium honorum. Cum verd homo propter impedimenta quandoque difficilius in talibus laborat; quanto grauius laborat, tanto delectabilius speculum illud in conspectu semper veneranda Trinitatis, omniumq; Sanctorum ornatum apparet. Et hoc manebit aeternaliter in gloria Dei, & anima ipsius perennem exultationem. Et alia vice Dominus ei dixit Speciales meos valde saepe solo aggravare infirmitate corporis & desolatione mentis & similibus; ut dum desiderant contraria bona obtinere, zelans amor cordis mei valeat eos secundum beneplacitum liberalitatis mee copiosius remunerare. Et Christus Dominus B. Birgittam docens, quomodo debeat expellere ex anima sua ea, quae illam conturbant, ait: Si autem ea remouere non potest, toleret illa patienter contra suam voluntatem, tanquam hostes, sciens certissime, quod ei proficiunt ad maiorem coronam, & nequaquam ad damnationem. Inspicit enim iugiter Deus nostra certamina, inquit Abbas Isaac apud Calistum, loquens de acediosis cogitationibus orantis, atque a suis supplicibus non abest. Scribit Rufinus in Vitis Patrum quendam fratrem simulatum fuisse a cogitationibus suis per annos 9. ita vt metu ipso desperaret de salute sua, & adiuuauit semetipsum, dicens: Perdidisti animam meam iam, quia perij, vadam ad saeculum. Qui cum abiret, venit ei vox in via dicens: Tentationes, quas in nouem annis sustinisti, coronae tuae erunt. Reuertere ergo in locum tuum & subleuabo te a cogitationibus malis. Non est itaque despondendus animus, cum Deus videtur nos deseruisse ariditatum tempore, subitanea vel non concessa nobis deuotione iucunda: sed cum sponsa humilli clamandum est ad sponsum: Reuertere, Reuertere dilecte mi. Reuocationis verbum, inquit S. Bernardus, Reuertere, est. Et forte idem subtraxit se, quod auidius reuocatur, longeretur fortius. Nam & aliquando simulabat se longius ire, non quia hoc volebat, sed volebat audire: Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperasce. Et rursum alia vice, super mare ambulans cum Apostoli nauigarent & laborarent in remigando, quasi volens praeterire eos, ne tunc quidem istud volebat, sed magis probare fidem, & elicere precem. Denique sicut ait Euangelista, turbati sunt & clamauerunt putantes phantasma esse. Ergo istiusmodi piam simulationem, imo salutarem dispensationem, quam tunc corporaliter Verbum corpus interduon exhibuit, non cessat identidem Verbum spiritus, modo suo spirituali, cum deuota sibi anima sedulo acquirere.

Præteriens, teneri vult; abiens, reuocari. Neque enim hoc irrevocabile verbum. It & redit pro beneplacito suo, quasi visitans dilectulo, & subito probans: & sicut Iob 14. ait: Vado & venio ad vos. Item: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me &c. Habes vtrumque in Propheta: Si moram fecerit, inquit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Quomodo non tardabit, si moram fecerit, nisi quia ad meritum satis est, sed non satis ad votum. Porro anima amans, votis fertur, trahitur desiderii, &c. & cum fiducia repetit delicias suas, solida libertate, vocans, non Dominum, sed dilectum: Reuertere dilecte mi.

Hoc quoque conducit ad confirmandam magis hanc doctrinam, quod scribit Ludouicus Bloisius, magnus vitae spiritualis magister: in Monist. Caues, inquit, ne orationem propterea deserat, quod in ea nullam sorte consolationem sentit. Sane sicut mentis distractio, quae praeter voluntatem orantis accidit, fructum & utilitatem orationis non tollit, ita nec cordis ariditas, dum bona voluntas adest. Hinc Dominus, ad Gertrudem Virginem aliquando dixit: Vellens electus meus persuasum esse, quod eorum bona exercitia & opera, mihi omnino placeant, quando ipsi seruiunt expensis suis. Illi autem expensis suis mihi seruitium praestant, qui licet saporem deuotionis minime sentiant, fideliter tamen, vt possunt, orationes & alia pia exercitia sua peragunt, confidentes de pietate mea, quod ego illa libenter & grate suscipiam. Plerique sunt quibus si sapor & consolatio interna concederetur, non eis prodesset ad salutem, & meritum ipsorum valde minueretur. Quocirca dum per cogitationes inuoluntarias deuotio nostra sine culpa nostra impeditur, vel abigitur, non concidendum est animo, sed iis resistendum, nam quoties eis resistimus, tot coronas in caelo nobis preparatas lucratur. Idem dicendum est, dum somnum, nos in oratione infestantem repellimus, tot enim lucratur coronas, vt euidam senti in Thebaida reuelatum fuisse legimus in Vitis Patrum. Cō. L. 5. 7. 2. firmantur haec, doctrina S. Thomae dicentis: Considerata quantitate proportionali, maiorem inueniri rationem meriti post peccatum (Adami) propter hominis imbecillitatem. Magis enim excedit opus potestatem eius, qui cum difficultate operatur illud, quam opus magnum, potestatem eius qui sine difficultate operatur. Quocirca bene scripsit Dei nomine Thomas de Kempis: Quando tu putas te elongatum a me, saepe sum propinquior. Quando tu estimas penes totum perditum, tunc saepe manus merendi in stat lucrum. Non est totum perditum, quando res accidit in contrarium. Hoc sensu scripsit S. Ioannes Climacus: A sedia maxime tempore violenti elucet. Nihil enim e- gr. 13. sin. que vt acedit monacho tot coronas parat. Si consideres diligentius, inuenies eam stantes pedibus oppugnare lassitudine, sedentibus, vt super pariete se reclinent, persuadere. Illustrat hanc rem idem Sanctus gr. 26. col. 16. hac similitudine: Sicut cum militem qui in praelio durissima in faciem vulnera suscepit, Imperator militia non abdicat, immo verd amplius in ea illum prouebit, atque maximis honoribus cumulat, ita &

monachum qui pericula plurima, (vri sunt & atiditates & tentationes orationem perturbantes, ob eas tamen non interruptam) à demonibus perpeffus fuerit, caelefti Imperatòr gloriofiffimè coronat. Coronat autem in hac vita, multiplici corona. Prima corona est, augmentum gratiæ, virtutum ac donorum quæ femper cõmitantur gratiam, dum ea ob aliquid fupernaturale opus diuinitus infunditur. Secunda corona est, fpirituale dominium fui: quod efficit, ne homo fenfibilis confofationes non curans, perturbetur, ea fi abfint, fed quali fui iuris effer, tranquillo corde feruiat Deo etiam dum fe aridum & defolatum fenfit. Tertia corona est, ex multis virtutibus conftata, quæ fequuntur viciffitudinem deuotionis fenfibilis & atiditatis, feu deuotionis infenfibilis. Nam vt benè ait B. Laurentius Iuftinianus: Hæc viciffitudo amantibus est quidem laboriofa, fed exercitatus peritilis. Parit enim humilitatem, cuftodit innocentiam, offenfam mundat, accendit fpiritum, dolorem inducit, prudenciam perficit, commendat perfeueranciam, cuftodia adhibet diligentiam, torporem excutit, concupifcentiarum flammam extinguit, ad inquisitionem prouocat, qualiterq; reperiri valeat, fufficienter edocet. Scilicet humilitate, oratione, patientiâ, refignatione & conformitate cum diuina voluntate.

17. Sed quomodo id verum effer poffit: Refpondeo Prindò, quia fic orans & communicans humiliatur valdè, arida fuâ communionem & orationem, quam humiliationem non parit ex fe affectuofa oratio & cõmunio. Manus autem Dei beneficum effer, inquit S. Teresia, diem in humili noftriforum cognitione tranfigere (effer multis nobis afflictionibus & laboribus uftererit) quam multos in oratione. Video quidem tales, ad multas orationum horas, & diu non poffe extendere, fed quas non habet apud te vires Domine fufpirium è laboriofis afflictiq; corda penetratibus profectum? Et alio in loco, tractans de oratione, monensq; vt fimus contenti eo orationis genere quod Deus dat nobis, & fi non det gultus, id æquo animo feramus, fubdit: Ipfâ humilitas requirit, vt contenti fimus eo, quod nobis datur.

Secundò, exercetur patientia, quæ non exercetur in affectuofa oratione & communionem, quia vt benè ponderauit B. Catharina Bononiensis in libello à fe Deo inspirante confcripto: Non effer dolor acerbius illo, quem patitur anima, ob fenfibilis amoris abfentiam, & credit fe Dei gratiam amiffiffe, quando non gultat confuetas internas dulcedines, & de hac derelictione fummuum fenfit dolorem. Dum ergo cum patitur humiliter, multum meretur, imò vt fubdit eadem Sancta: huic dolori equiparatur amor: idcirco anima quæ dolet, quod non fenfiat amorem, femul poffidet amorem cum dolore: cum non poffet dolere de eo, quod non amat. Verumtamen ab imperfectis hoc non intelligatur, donum magis quam donatorem amantibus, hoc effer, magis amantibus confofationes orationis, quam amaritudi-

nes quas Deus ob bonum noftrum immittit & nos vult pati.

Tertiò, maior erga Deum amor oftenditur, in bibendo eius calice amaro, quam in dulci. Ideò S. Catharina Senenfis plus Deo placuit quando elegit coronam spineam, quam fi elegiffet auream.

Quartò, ex alio quoque capite, maior erga Deum amor oftenditur in oratione arida, quia tunc in ea perfeuerans, pugnat cum demone vel cum natura, eum ab oratione per iacula ariditatum abigente: quæ dum repellit, & è pugna loco non difcedit, ex Dei dilectione, generofum fuum erga Deum declarat amorem, vt illi famuli Dauid, qui castra hostium trupperunt, a- Reg. quam Dauidi quæfituri. Quocirca merito fcriptum reliquit Thomas de Kempis: Certare aduerfus incidentes malos motus animi (qui ordinariè conitantur ariditates) fuffugionemq; spernere diaboli, infigne effer virtutis, & magni meriti. Non ergo te conturbent aliena phantafia de quacunque materia ingeffa. Forte ferua propofitum, & intentionem rectam ad Deum. Nec effer illufio, quod aliquando in exceffum fubitò raperis, & ftatim ad folitas ineptias corda reuerteris. Illas enim inuitè magis pateris, quam agis: & quamdiu difplicent, & reniteris, meritum effer, & non perditio. Et infra: Non effer in eo tantum fpirituale vita profectus, cum confofationibus habueris gratiam, fed cum humiliter & abnegatè patienterq; tuleris eius fubtractionem: ita quod tunc ab orationis ftudio non torpeas, nec reliqua opera tua faciendâ omnino dilabi permittas: fed ficut melius poteris & intellexeris, libenter quod in te effer facias: nec propter ariditatem feu anxietatem mentis, quam fenfit, te totaliter negligas.

Quintò, Conformitas cum Dei voluntate in rebus, quæ difplicent animæ noftræ, maiorem obedientiam præ fe fert, quam in rebus quæ placent. Vnde Chriftus id meritò commendat in fuis. Vos effer qui permaniftis mecum in tentationibus meis. Et tales plaris facit. Sic Chriftus allocuens Antoniam Romanam magnæ fanctitatis viduam à S. Philippo Nerio valdè æftimatum, teffe Baecio, & à Bozio commendatam ob vitæ fanctimoniam, noftræ Societatis fpiritualem filiam (cuius Confeffarius ftabilis vlque ad mortem fuit P. Ioannes Baptifta Alexander, vir fanctus) dixit, fe operariis fuis conuerfionis animarum dedit non præbere tot in oratione gultus & confofationes, vt dat quibusdam feminis, & licet illos tanquam canes venaticos (qui capiendos vrfos & apros, id effer peccatores conuertendo, veniunt quandoque pedibus luto infecti) non admittat ad oscula, ficut admittit paruulos catellos, pulchros, otiofos, tamen pluris facit illos Dominus, quam iftas multerculas, quibus fe magis in oratione extraordinariè communicat, per fpirituales gultus, & veluti quofdam amplexus. Contemplatiua vita, inquit B. Laurentius Iuftinianus de or. cap. 8. mundior effer. Laui, inquit fponfa Cant. contemplationi vacans pedes meos, quomodo inquinabo illos? fed pauiores filios Deo generat, actiua plus parit, si-
munt

de casto
con. c. 15.
fin.

I. fundat.
cap. 5.

Itin. per
f. c. 18.

S. Arma-
tura. 7.

minus videt: Cara tamen Deo est, etsi distracta. Declaravit hanc veritatem Christus D. S. Gertrudi, hanc similitudine conferens soli contemplationi deditas animas puellis, alios vero ex Dei amore occupatos in exterioribus, Principibus, Ducibus & militibus Regum. Sicut, inquit, Imperator aliquis propotens non solum delectatur in palatio suo habere puellas delicatas & ornatas, sed etiam ordinat Principes. Duces & milites, aliosq; diversis operibus aptos ministros, quos singulos in palatio suo semper habeat ad diversa negotia paratos; ita & ego non solum delector in interioribus deliciis contemplationum, sed etiam diversis exercitiis vtilium negotiorum, que sunt causa mei honoris & amoris, allicior ad commanandum & deliciose conuandandum cum filiis hominum, quia talibus magis exercentur in charitate, patientia & humilitate, ceterisque virtutibus. Hinc vidit illum, cui maior cura incumbat coram Domino residentem quasi sinistro latere imminenti; qui sepius incommodose erigens se Domino cum manu sinistra, cui incumbat, aureum nummum gemma pretiosa insignitum offerebat. Et ait Dominus ad eam: Ecce si ego huc grauamen pro quo oras alleuarem, tunc ego tam nobilis gemma qua mihi placet, in nummis istis, carem, & ipse ea in remuneratione fraudaretur, quia tunc dextram manu tantummodo offerret mihi nummum sine gemma. Ille enim offert quasi simplicem nummum, qui sine aduersitate, & tamen de voluntate diuina in omnibus operibus suis Deo intendat; sed ille qui in singulis operibus suis premitur aduersitate, & tamen de diuina voluntate non discordat, ille offert Deo aureum nummum cum probatissima gemma. Sic Rex plaris facit suum militem, quem hostis percutit & abstrahere conatur ab obsequio Domini, vel a colloquio, ad quod ab eo vocatus est, quam alterum, qui cum illo loquitur, nemine impediente. Sic in casu nostro, oratio est colloquium cum Deo ut docent Sancti, ariditates sunt percussiones hostis infernalis, per quas nos abstrahere conatur a Dei conuersatione. Qui aride orant sunt sicut milites honorarij, qui non accepto stipendio a Rege, pugnant pro eo, & enim comitantur. Charitatem militis ad Imperatorem suum indicat bellum, inquit S. Ioannes Climacus, monachi vero charitas ad Deum, maxime eo tempore, quo astat orationi, deprehenditur. Magnum stipendium est consolationum copia. Ideo insistendum quarendæ deuotioni. siue adit, ue non, consolatio, ut docemur Regula 22. Summarij. Et propter obedientiam præscriptam, & charitatis erga proximum exercitium, quandoque ipsa oratio deferenda est; & ut inquit S. Teresa, in publico & conuersatione cum aliis, elucescit amor, & non in angulis & latebris, at medias inter occasiones: esto plures ibi occurrant imperfectiones (quin & parui quidam lapsus & concussiones) lucrum certe nostrum incomparabiliter maius est, si id fiat ex Superioris mandato, & charitate mouente: & eo maius, si post multos labores ex obedientia & charitate susceptos, purâ intentione maioris Diuini obsequij, succedant ariditates in oratione. Vnde non immetitò P. Balthasar Alvarez in suo libello caelestium luminum scriptum reliquit, vti habetur in vita eius: Inquietudinem quamcumque in oratione mihi occurrentem (puta abs te non causatam) martyrium reputabo, & ut talem fortiter sustinebo: præbens in hoc modico multorum experimentum, que in aliis orationibus obtuli, sustinendi, & tolerandi amore tui. Nec obstat, quod tempore ariditatis non sentiat ille deuotionis feruor, qui sentiri solet tempore consolationis: tum quia, dum generosè toleratur ariditas, ex culpa nostra non proueniens, feruoris beneficio toleratur, etsi ille non sentiat: tum quia animus, si adsit, Deum feruenter colendi & amandi, acceptus est valde Deo, non minus quam consolatione plena deuotio. Nam ut ait S. Leo: Nec in spiritualibus lucris angustia grauabimur fructum, si secunditas non arescat animorum. Oriatur de cordis agro, quod terra non dedit. Semper illi quod largiatur occurrit, cui bene velle non deficit. Et alio in loco Dominus noster quia iustus est inspector animorum, non impendunt solum operis, sed etiam affectum est remuneratur operantis. Denique quauis nullum nos in oratione fructum percipere sentiamus, soletur nos verum monitum S. Ioannis Climaci: Noli, cum in oratione perduras, dicere: nihil profeci. Iam enim satis profecisti. Quid enim sublimius esse potest quam adherere Domino, atque in hac cum illo iugiter persuerare?

CAPVT SEXTVM.

Notanda quedam circa ariditates & gustus in oratione.

Certum esse debet, non bene loqui eos, qui dicunt sibi non succellisse orationem, quando non habuerunt in ea gustus, sed ariditates inuoluntarias, & distractiones: Cum aliquando Gertrudis a Domino non esset visitata, nec tamen grauati id ferret oportuna occasione data; vnde hoc esset, Dominum interrogauit: cui Dominus respondit: Vicinitas nimia quandoque amicos ne se mutuo queant perficere contueri, præpedire solet. Verbi gratia: Si quis amicam aduenientem amplexatur, sit interea ob nimiam coniunctionem, ut delectatio visus impediatur. Hoc illa audiens, mox intellexit, subtractione gratiæ meritum hominis quandoque multisariam augeti, si tamen subtracta illa gratiæ, homo bene agendo, ac se mortificando, non inuenitur segnior, licet cum labore tunc operetur, grauamenque maius sentiat. His similia docuit S. Teresa: Incidi, inquit, in nonnullos, quibus omne negotium in sola cogitatione suam videtur, quam si in Deo valde desixam habere possint, tamen si sibi, quam maximam vim inferentes, statim sese spirituales esse existimant: si vero eam aliorum diuertant (quia id impedire nequeant) esto ob res valde bonas, quamprimum contristantur, & anguntur, sequerentur.

perditos esse arbitrantur. Qui verò docti sunt, huiusmodi ignorantia & inscitia non laborabunt, tamen si etiam incidere in aliquem, qui crassa hæc ignorantia detinebatur. Non dico, insignem Dei gratiam non esse, cogitationem semper in ipsum defixam & occupatam habere, deq. eius operibus assidue meditari posse, imò verò bonum est, id ipsum facere conari. At sciendum est, imaginationes omnes, naturaliter ad hoc habiles & aptas non esse, animas tamen omnes ad amandum idoneas esse. Eapropter anima profectus & fructus, non tam in multum cogitando, quam in multum amando consistit. Si autem sciscitemini, quomodo amor hic acquiri possit; Respondeo, serid efficaciterq. propter Deum operari æque ac pati, tum proponendo, tum id, cum ad hoc sese offeret occasio, re ipsa exequendo. Quocirca cum ariditatum & distractionum inuoluntariarum imperitio orationis exhilarare cupientibus (quia molestus est) patientiæ materiam præbeat; si hæc molestia contra voluntatem inuolans, æquo animo feratur, & nihilominus mens ab orationis præclaro opere non desistat, sed nauiget contra ventum; efficaciter & operabitur & patietur propter Deum: & talis oratio ceteris paribus, est melior, propter causas supradictas, quam quæ habet consolationes sensibiles; quæ sæpe oriuntur à dæmone, vel à nostræ complexionis ténertitudine (vti contingit in sanguineis & ad amorem procliuibus) & vt ait S. Ioa. Climacus, quandoque demones, cum saturitate distenti fuerimus, compungunt nos, rursum cum ieiunauerimus, obdurant, vt seducti lacrymis, parenti vitiorum gula, ac deliciis nos ipsos exponamus. Et alio in loco: In potu, inquit, vini hilares, atque ad compunctionem proni ac faciles sumus. Qua de re petitus vitæ spiritualis Magister Richardus benè docet: Dulcis, inquit, in Deum affectus, quodammodo carnalis est, & fallax, & humanitatis interdum potius, quam gratiæ, cordis, quam spiritus, sensualitatis, quam rationis: ita vt magis accedat aliquando ad minus bonum, & minus ad magis, & aliquid quod sapit amplius, quam quod expedit. Hoc affectu errabant discipuli, & carnaliter Deum diligebant, cuius presentia carere nolebant. Vnde etiam non diligere arguebantur, qui quod delectaret magis, quam quod expedit, amplectebantur. Sic affectuose interdum carnalis aliquis & imperfectus ad Deum affectus, non quod valde diligit, sed quia dulcedinem gratiæ degustat: quod quantum durat, tantum iuuat; quamdiu durat dulcedo, durat & dilectio. Sed non agnoscat in bonis amicum. In die namq. ista Dominus quidem misericordiam suam mādāt, sed in nocte tentationum & laborum, declarat, quantum quisque diligit. His similia tradit S. Bernardus dicens ab Apostolis Christum amatum dalciter, sed minus prudenter; amatum carnaliter, sed non rationabiliter: & talem amorem appellat dulcem quidem, sed seductibilem.

Ad hoc caput referenda est extorta deuotio, & veluti coacta, quam incauti tirones, etiam eum detrimento sanitatis, in se conantur excita-

re, fatigando caput & pectus. Talis deuotio quia indifcreta & inordinata est, non est à Deo, sed vel à natura, vel à dæmone, admiscens se pnis cogitationibus suauiter à Deo excitari solitis. Quod sic præclare describit Thomas de Kempis: Quidam, inquit, incauti, propter deuotionis gratiam, se ipsos destruxerunt, quia plus agere voluerunt, quam potuerunt, non pensantes suæ paruitatis mensuram, sed magis cordis affectum sequentes, quam rationis iudicium. Et quia maiora præsumperunt, quam Deo placitum fuit, idcirco gratiam cordis perdidit. Facili sunt inopes & viles relictæ; qui in calum posuerunt iudicium sibi, vt humiliati & depauperati discant non in alis suis volare, sed sub pennis meis sperare. Qui ad hoc noui sunt, & imperiti in via Domini, nisi consilio discretorum se regant, facili ter decipi possunt & elidi. Ideo monuit Abbas Ilaac apud Cassianum, Ne-
 quaquam debet extorqueri profusio lacrymarum, nec exterioris hominis affectandi sunt stertus, qui etiam si fuerint vtcumque producti, nunquam peringere ad illam spontaneam lacrymarum poterunt vberitatem. Magis enim supplicantis animam suis conatibus distrahentes humiliabunt, atque ad ima demergent.

Ideo Sanctis solent esse quandoque suspectæ dulcedines & consolationes in oratione. Hinc B. Maria Magdalena de Pazzi, non suadebat eas optare, sed illas tantum, quæ excitant ad amorem laborum & crucis, & ad impletionem Diuine voluntatis, ac desiderium honorandi Deum. Dicebatq. Deum non inueniri in suauitatibus, sed in vera virtute; & hanc non acquiri dulcedine, etiam in rebus spiritualibus, sed locum vera virtutis esse in aerumms, angustis & tribulationibus magis intensis. Nec credebatur illis animabus, quæ tota vita per dulcedines dicebantur peruenisse ad perfectionem: quia aiebat se scire, non esse veram patientiam, humilitatem, puritatem, mansuetudinem, charitatem, quæ non habuit contrariam probationem tribulationis immissa, vel à Deo, vel à creaturis, vel à demonibus: & sine hoc, non fore veras virtutes in anima, sed scitias; & successu temporis non remansuram effigiem virtutis. Hæc ista Sancta præclare docuit diuinitus edocta. Simus ergo contenti dum Deus inuitis nobis, sine nostra culpa presentis, immittit desolationes, ariditates, distractiones, nos ab attentâ oratione auocantes, Atque idè S. Thomas quartens, an sit de necessitate orationis quod sit attentâ? Respondet: Ad meritum orationis non ex necessitate requiritur, quod attentio ad sit per totum, sed vs prima intentionis, quando aliquis ad orandum accedit, reddat totam orationem meritariam, sicut in aliis meritoris actionibus accidit. Et ad hoc vt oratio impetret, sufficit prima intentio, quam Deus principaliter attendit: si autem prima intentio desit, oratio nec meritaria, est, nec impetratiua. Quocirca qui tempore ariditatum, inuoluntariarum, & distractionum quibus resistit acriter, perseuerat in oratione, solidum Deo amorem exhibet, etiam si sine illa, quæ expetit attentione oret.

Quod etiam talis oratio sit satisfactoria, docet Nauarrus Tract. de orat. & alij modernis & 18. circa

gr. 7.
col. 4.

gr. 26.
col. 10.

in c. 6.
Cant.

L. 20. C. 2.

1) cap. 5. circa articulum illum S. Thomæ, cum Suario tomo 2. de religione. Hoc videtur insinuate S. Nilus: *Cum mens tua multo Dei desiderio paulatim se à carne subducit, omneque ex sensu aut memoria aut corporis temperatione ortas cogitationes repudiat, tunc te existima appropinquasse terminis orationis, hoc est, affectum esse fines orationis tres, qui sunt, mereri, impetrare, & satisfacere, & quod inde sequitur omnes virtutes introducit, & ex terrestri homine facit cælestem. Atque ita, non est accedendum ad meditationem vniquam cum desiderio gustuum & metu ariditatum, sed cum indifferentia & animi generalitate, quæ dæmoni valdè displicet, & Deo placet, & sic acquiritur magna pax animæ & dominium quoddam sui & libertas spiritus. Et tales dæmon non facile expugnat, quia videt animosus, vt bene obseruauit S. P. N. Ignatius de discretione motuum animæ scribens. Spiritus enim sanctus, vt ait S. Nilus. dolens nobiscum infirmitatem nostram: etiam ad nos impuros (hoc est, plenos, cogitationibus non puris à dæmone excitatis) venit: qui si mentem solam studiosè orantem reperiat, ascendit in eam & totam multitudinem cogitationum aut notionum, quæ mentem circumdant, delet. Quod si ad exercitium humilitatis & patientiæ nostræ delere noluerit, solentur se qui eo modo, Dei causa, distracti officii distractiuis non sentiunt suauitatem dulcem spiritus, solentur se, inquam, palchra illa similitudine dicta à Domino S. Gertrudi: *Si sponsa accipitibus sponsi quandoque escam procurat, non ob hoc omnino ipsius amplexu frustratur.**

32. Ad complementum huius Tractationis notanda sunt duo diligenter.

Primo notandum est, dum tempore ariditatum aliquis pius actus elicitur, vel spei, vel fidei, vel patientiæ, vel humilitationis, vel resignationis & conformitatis cum Diuina voluntate, hoc ipsum esse deuotam orationem, & habentem consolationem, non quidem illam quæ est in parte inferiore, quæ etiam, vt monui, & à natura & à dæmone prouenire potest, sed mentalem, abstractam à gustibus sensibilibus, quæ est perfectior quàm sola sensibilis. Et ita S. Ignatius in quadam illustratione scriptum reliquit, se Angelorum more sensisse quamdam deuotionem, non minorem quàm soleret sentire, dum lacrymaretur in oratione. Et de tali mentali consolatione loquitur Petrus Maffei, & Petrus Ribadeneira, dum dicunt S. Patrem Ignatum, etiam dum non fleret, id est, dum non sentiret gustus sensibiles orationis, tamen deuotionem habuisse. Vera enim deuotio non consistit in gustibus, & potest esse, ac solet, sine illis; sed sita est in voluntatis promptitudine ad omnia ea, quæ pertinent ad samulatum Dei, vt docent Theologi cum S. Thoma: quod potest esse sine vilo gustu, imò cum maximo animæ tædio, sicut fuit in Christo, quando in horto orans patiebatur

tristitiam, timorem, tædium, & agoniam, & tamen tunc erat deuotissimus, quia erat conformis Dei voluntati: vnde dixit: *Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.* Et ita bene S. P. N. Ignatius ait, consolationem dici posse, *Fidei, Spei, & Charitatis quodlibet augmentum*: hæc autem augentur, etiam tempore ariditatum, dum ea patienter & libenter, propter Deum tolerantur. Hoc sensu dixit B. Laurentius Iustinianus: *Hoc de disc. & definiendum est, quod nec laudabilis vita sine deuotione esse valet, neque vera deuotio sine recta vita subsistit.*

Quæ doctrina confirmari potest Diuina visione quam celebris S. Scripturæ Commentator, & rerum Diuinarum Magister, Lufius Legionensis, addendam iudicauit vita S. Teresæ ab ipsamet conscriptæ, post caput eius quadragesimum. *Quadam die (inquit S. Teresia) Dominus mihi ait: Putasne filia meritum in fruitione & gaudio stum esse minime: nam non nisi in operando, patiendo & amando situm est. Non audisti Apostolum Paulum amplius quàm semel gaudio cælesti fruitum, & sepius passum esse; vitam quoque meam passione plenam fuisse vides, & non nisi semel in monte Thabor, in gaudio me fuisse audis. Noli putare, cum matrem meam me suis in vltis continentem vides, illam sine magna amaritudine & tormento illo fruitam gaudio fuisse, iam inde enim ab eo tempore, quo Simeon illam doloris gladio transfigendam dixit: clarum ei Pater meus lumen infudit, quo illustrata videret, quid mihi patiendum esset. Egregij quoque Sancti, qui in deserto vixerunt, quoniam à Deo dirigebantur, & impellebantur graue tum à dæmone, tum à seipsis certamen patiebantur: propterea in his omnibus, longo tempore, omni consolatione spirituali destituti erant. Hoc ergo velut certum crede filia, quem Pater meus maxime diligit, huic plus laborum & afflictionum submittere, & labori amorem conformem esse. Et infra. Cum me illa die orationi dare cepissem, ita caput mihi doluit, vt impossibile mihi videretur orationem proficere. Tum ait mihi Dominus: hinc passionis & afflictionis mercedem colliges: quod enim inepta & indisposita esses ad mecum loquendum, hinc ego tecum locutus sum, teque consolatus.*

Ad huius veritatis confirmationem, valet plurimum doctrina tradita à B. Catharina Genuesi (cuius vitæ lectio magni fiebat à nostro B. Aloyfio Gonzaga.) hæc Sancta in prima parte dialogorum, scriptum reliquit tamquam à loquente spiritu ad eius humanitatem: *Noteris, quod in rebus spiritualibus percipiendis ac gustandis, multò magis, quàm in corporalibus mihi formidanda est inuisitatio. Spirituales enim sub specie boni, hominem attrahunt, nec potest illi nisi admodum difficulter persuaderi, aliud ipsis, quàm bonum inesse, & ita homo ex illis, quæ à Deo procedunt, donis eius, se recreat, ac pascit. Veritatem autem dico tibi, quod tam nudè ac simpliciter ac que fieri potest Deo fruiturus, talia necessariò fugere debeat, cum puro Dei amoris venenum sint. Sanè gustus ille spiritualis, magis quàm diabolus cauendus est.*

34.
Reg. 3.
dis. an.
mot.

de disc. &
perf. m. b.
con. c. 19.
col. 4.

pag. 299.
edit. Co-
lon. anni
1616.

35.
pag. 307.

est, quandoquidem vbi adhaeret, morbum generat incurabilem, homine ignorante: atque dum bene secum agi opinatur, non animaduertit, quod ipsi impediatur perfectum bonum, quod est Deus ipse purus, nudus, sine participatione hominis. At gustus corporales, quia euidenter spiritui sunt contrarij, non possunt se sub imagine boni abscondere: proinde tantoperè ipsos non pertimesco. Tales erant gustus illi, quos daëmon S. P. N. Ignatio danti operam Grammaticæ ingerens, eum à literarum studio auocabat, quos ille & precibus & humiliatione à se abegit, vti scribunt in eius vita Maffei & Ribadeneira. Sed & ad diuinas consolationes cautela opus est, quam tradidit S. Ioannes Climacus: humilitatis manu adueniens gaudium abs te vt indignus abiice, ne forte dum nimium facit ad suscipiendum es, lupum pro pastore suscipias.

Maff. l. i. cap. 16.
Rib. l. i. cap. 13.
gr. 7. col. 5.

36. Secundò notandum est, etiam sanctos viros pati solere ariditates magnas sine præiudicio virtutis ac perfectionis; & ita verum est, quod scribit Thomas de Kempis: nullus sanctus vnquam fuit, tam altè captus & illuminatus, qui prius vel postea non fuerit tentatus. Non enim dignus altè Dei contemplatione, qui pro Deo non est exercitatus aliqua tribulatione. Antiquior eo S. Bernardus: constat, inquit, in anima fieri huiusmodi vicissitudines euntis & redeuntis Verbi, sicut ait: Vado & venio ad vos. Item Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Idem videtur etiam alibi dicere. Imò de se ipso sic scribit, Ab heri & nudius tertius, inuasit me iste languor animi, & mentis hebetudo, insolita quedam inertia spiritus &c. Excaruit cor meum: coagulatum est sicut lac: factum est sicut terra sine aqua. Nec compungi ad lacrymas queo, tanta est duritia cordis. Non sapit psalmus, non legere libet, non orare delectat: meditationes solitas non inuenio. Hinc B. Laurentius Iustinianus, Neminem, ait, tam sanctum; tam in amore, præcipuum; tamque dilectione ignitum ac dilectum esse, qui amoris vicissitudini non subiaceat. Loquitur autem ibi de deuotione sensibili, eum qua solet esse coniunctus sapor & dulcis gustus & affectus amoris. Dum ergo aridus es, iuxta consilium Thomæ de Kempis, non statim desperes, sed cum humilitate & patientia expecta celestem visitationem; quoniam potens est Deus, ampliore tibi reddere consolationem. Vt enim idem Dei nomine scribit alio in loco: Dupliciter soleo electos meos visitare: tentatione scilicet & consolatione: & duas lectiones eis quotidie lego, vnam increpando eorum vitia, alteram exhortando ad virtutum incrementa. Tamen verum etiam est; nonnullis

de casto connub. c. 14. flu.

1.2. de im. cap. 9.

1.3. c. 3. n. 5.

37.

ep. 9 ad Polycarp.

Dei seruis, per multos annos tribui perpetuam deuotionem, etiam sensibilem, & consolationibus plenam in oratione; & nunquam eos pati ariditates. Sed vt loquitur S. Dionysius Areopagita: Diuina sapientia, uis qui ad ipsam accedunt, abundantiam & perpetuorum conuiuorum affluentem suppeditat prouideri, copias. Talis erat inter multos alios Sanctos in Ecclesia illustres, S. P. N. Ignatius, qui quâuis horâ

dici, quando volebat, erat deuotus; deuotione sensibili, vti de se ipso narrauit P. Ludouico Confaluo suo Ministro; & is scriptum in eius vita reliquit, Talis erat S. Xanerius, teste Turf. l. 6. c. 1. lino in eius vita; & Processibus Canonizationis.

CAPVT SEPTIMVM.

Quibus solet concedi à Deo oratio sine ariditatibus.

At Deus hanc deuotionis sensibilis gratiam, seu vt loquitur B. Laurentius Iustinianus, vt gustu sapido gustent diuina, quadruplici hominum generi.

Primò, innocentia vitæ & puritate virginali ornatis, idque non omnibus talibus, sed nonnullis, prout ipsi placet. Ambulare enim, inquit S. Bernardus, in seruire conuersionis cum peccatorum graui onere impossibile est. Habet Ecclesia Dei, inquit idem S. Bernardus, spirituales suos, qui non modo fideliter, sed & fiducialiter agant cum Deo, quasi cum amico loquentes; testimonium illis perhibente conscientia gloria eius. Quam illi sint, id quidem penes Deum verò audi qualem te esse oporteat, si talis vis esse Da mihi animam nihil amantem præter Deum, & quod propter Deum amandum est; cui viuere Christus, non tantum sit, sed & diu iam fuerit: cui studij & otij sit, prouidere Deum in conspectu suo semper, cui sollicitè ambulare cum Deo suo, non dico magna, sed vna voluntas sit, & facultas non desit: da, inquam, talem animam, & ego non nego dignam; sponsi cura maiestatis respectu, dominantis favore, sollicitudine gubernantis, & si voluerit gloriarì, non erit insipiens: tantum, vt qui gloriat, in Domino gloriatur. Et infra: Igitur, qualem te paraueris Deo, talis oportet appareat tibi Deus Bonus es Domine, anima quaerenti re occurris, amplecteris, sponsum exhibes, &c. Quod potissimum experiuntur, qui cum virginali innocentia, coniunctam habent plenam abnegationem omnium creaturarum, Hac enim, vti scribit S. Teresa in foundationum libro, animam Creatori suo magis quàm aliud quodlibet, coniungit & vnit: quando nimirum mundam conscientiam habere studet. Non erat necesse hanc particulam me adiungere, cum ij qui abnegationem veram habent, impossibile mihi videatur esse, vt Dominum offendant: cum omnia eorum opera & verba, ab illo ne vel minimum discedant; vnde etiam maiestas ipsius; ab us se subtrahere nolle videtur.

Hanc quoque deuotionis gratiam dat Deus iis, qui toto conatu conseruant in summa puritate ac fuga peccatorum & imperfectionum, corpus & animam suam, suas potentias, sensus ac membra: Quod sponsa dilecti sui, inquit S. Bernardus, ex prerogatiua amoris gloriatur impensum sibi, repensumque, vni se, quis se liquidò nosse præsumas, nisi qui præcipua puritate mentis, & corporis san-

sanctitate in semetipso meruerit, tale aliquid experiri. Res est in affectibus nec ratione ad eam pertingitur, sed de disc. & conformitate. Hanc ob causam B. Laurentius Iustinianus dixit: Hoc definiendum est, quia nec laudabile vita sine deuotione esse valet, neque vera deuotio sine recta vita subsistit, &c. Deuotionis namque sancto testimonium est, commendabile vita: & laudabile conuersationis adiutorium est in eterna & spirituali deuotio. Da animam, inquit idem alio in loco, nullam delecti contagione pollutam, ut fuit mater Domini, & aeternalem in ipsa reperies gustum sapientiae.

Ad hanc innocenti & pura peccata vitae promissam deuotionis gratiam possunt accommodari illa Psalmi 44. verba: Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vinxit te Deus Deus tuus oleo lactis praeforsibus tuis: scilicet sociis tuis: qui non aequè virtuti, se disposuerunt ad accipiendam diuinitatis laetitiam & gustum affectuosa deuotionis, ariditatem & accediam excludentis. Alioqui terrenarum rerum amore cor repletum, ineptum esse solet ad percipiendas consolationes diuinas. Unde, inquit S. Bernardus, spiritualis gratia inopia tanta quibusdam, cum aliis copia tanta exuberet: Profecit nec inops, nec auarus est gratia distributor: sed ubi vasa vacua defunt, stare oleum necesse est. Praecipuum nempè secularibus desideris animum, delectatio sancta declinat, nec misceri poterunt vera vana, aeterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis: vt pariter sapias qua sursum sunt, & qua super terram. Hinc Deus apud Thomam de Kempis sic loquens inducitur: Quando te plus ab omni creaturarum solatio subtraxeris, tunc in me suauiores & potentiores consolationes inuenies. Sed primo non sine quadam tristitia & labore certaminis ad has pertinges. Quocirca Abbas Isaac apud Cassianum dixit: Secundum mensuram puritatis sua, vnaquaque mens in oratione sua, vel erigitur, vel formatur, tantum scilicet à terrenarum & materialium rerum contemplatione discedens, quantum eam status sua prouexerit puritatis &c. Illi soli purissimi oculi Diuinitatem ipsius speculantur, qui de humilibus ac terrenis opibus & cogitationibus ascendentes, cum illo sedant in excelso solitudinis monte, qui liber ab omni terrenarum cogitationum ac perturbationum tumultu, & à cunctarum vitiorum permixtione secretus, fide purissima ac virtutum eminentia sublimatus, gloriam vultus eius ac claritatis eius, reuelat imaginem huius, qui merentur eum mundi anime obrutibus intueri. Et Abbas Charemon: Quando mens ad subtiliorem profecerit puritatem, tunc sublimius inuehitur Deum. Illustrat hanc veritatem S. Dionysius Aereopagita tali similitudine. Diuinitatem Iesum supra modum & maximè odorum suauitate referunt esse ceruicem scimus, spiritualibusque distributionibus mentem nostram diuina voluptate complere. Si enim eorum que sub sensum cadunt ac bene olent, susceptio bene afficit, & alii cum magna voluptate id quod in nobis odores diuinitatis si modo integrum sit, & ei quod odorum suauitate praestat: apta compositione respondeat: eadem ratione, mentis nostrae facultates si

non sint affecta ad malum, proportionem diuinae actionis, accommodatae, mentis ad Deum conuersione, diuini odoris uicinitatem suauitatemque recipiunt, sanctaque voluptate complectuntur, ac diuino alimento.

Secundo, iis dat Deus deuotionis gustus perpetuos, qui initio suae conuersionis, & diuinitatis multa acerba tolerarunt, à se ipsis, per asperitatem extrachinariam penitentiarum, qualis erat post multos alios Sanctos S. P. N. Ignatius & S. Xaverius, quorum orationes erant perpetuis diuinis solatiis & feruoribus plenissimae.

Tertio, iis idem conceditur à Deo, qui hominum exagitantur persecutionibus (summa cum patientia toleratis ab ipsis) valde inuictissimis, & famae noxiis. Talibus enim dat tunc, solido maiorem deuotionis tenacitatem, quam dum parumper cessant persecutiones. Ideo merito dixit S. Nilus: Quicquid durum & asperum patienter tolerabis, fructum laboris, tempore orationis reperies. Et si tolerans fueris, semper laetus orabis. Magnus autem fructus est, gratia deuotionis perpetuae, quae homo excitatur ad generose resistendum peccatis, & diligenter ac feruenter expedienda omnia, quae Deo placent, tum eius praecipua, tum consilia, tum internas bonas inspirationes. Quocirca mirum non est etiam imperfectum in linguae intemperantia monachum

Abbayrum, teste oculato S. Ioanne Climaco, per quindecim annos, ferè ab omnibus fratribus cuiusdam monasterii affectum perpetuis iniuriis, & saepe à ministris ex ipsa mensa fugari solitum, & caena priuatum, morientem dixisse: Gratias ago Domino, & vobis Patres, quod me ad salutem meam tentastis iugiter, hac enim ex causa, immunitus à tentatione demonum, hactenus mansi. Maxime autem demon tentat orantes, vt supra numero 9. ex eodem S. Climaco & S. Nilo ostendit. Hanc quoque ob causam, vt ibidem scribit S. Climacus, Macedonius Archidiaconus, cum à suo Abbate pulsus esset à monasterio, quod tardius redisset ex itinere, & per 40. dies hoc exilium tolerasset, tandemque reuocatus fuisset ab Abbate, & ad pristinum locum reductus, post vnum diem ab Abbate petiit, vt se in eandem ignominiam humilitatem restitueret, idque vt impetraret, finxit (non imitando exemplo) commissum à se in itinere grande ac nefandum peccatum. S. Climaco causam huius petitionis hanc aperuit: Numquam enim ita me bello omni (ac proinde ariditate & distractionibus) leuigatum diuini luminis dulcedinem sensi. Extat Dei promissio Ecclesiasticis in S. Scriptura relicta: Timorem & metum

& probationem inducer super illum: & cruciabis illum in tribulatione doctrinae suae, donec tenet eum in cogitationibus suis, & credat anima illius. Et firmabit illum, & iter adducet rectum ad illum, & iustificabis illum: denudabit abscondita sua illi, & thesaurizabis super illum scientiam & intellectum iustitiae. Quo in loco literalis sensus est: Diuinam sapientiam

suos

suos

suos

suos

suos

suos

suos discipulos primùm probare aduersis rebus, timorem, & metum per scrupulos iniiciendo, & permittendo diuersas tribulationes, quibus erudiuntur tamquam doctrinâ quadam, ut discant mala fugere, bona sectari, & practicè Deo credere, fide in illum per dilectionem operando bona. In quibus dum diu, uiderit constantes & firmos, suæ gratiæ cooperantes, & tales à se factos, viâ rectâ ad illos uenit, subtilis difficultatibus tentationum & ariditatum, & caelestis deuotionis hilaritatibus latificabit illos: quandoque autem adeo familiariter & intimè, ut & arcana sua caelestia ad eorum vel aliorum utilitatem eis patefaciat, ad promouendum eos, & alios per illos, in viâ iustitiæ & sanctitatis: iuxta illud Psalmi; *Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo consolationes tuas latificauerunt animam meam.* Hinc S. P. N. Ignatius multas persecutionis passus, tamen eas estimabat, ut diceret, si qua à Deo creata sunt omnia, altera in parte statera collocarentur, in altera carcer, catena, probra; vix illa omnia pro istu momentum vltimè apud se habitura. Et attulit vnam ex huius estimationis suæ caulis; neque enim creatam vllam naturam posse leuitiam talem in animâ procreare, quæ equare possit gaudium illud Spiritus sancti, & purissimam alacritatem, quæ eorum mentibus infundit Dominus, qui multa magnâque pro eius amore periculorum. Verum, inquit S. Bernardus, ad hanc deuotionem dilatato corde, tamquam emeriti milites, currant viam mandatorum Dei, & quæ prius cum amaritudine & coactione sui spiritus faciebant, peragant, pauci, in fallor, perueniunt in hac viâ. Neque enim si quis aliquando videtur hanc habere, continuò credat sibi necesse est, maxime si nouitius est, nec per præatos ascendit gradus. Prus enim D. N. IESVS CHRISTUS pusillos corde talibus blanditiis solet allicere. Sed noverime, qui huiusmodi sunt gratiam hanc præstitam sibi esse, non datam: ut in die bonorum, memores sint malorum, & in die malorum, non immemores sint bonorum. Longè aliter qui exercitatos habent sensus, deuotionis huius felici fruuntur incunditate. Illi verò qui ad hanc deuotionis gratiam perueniunt, timendum est, ut is, qui tantâ delectatione omnia facit, ne dum sequitur affectionem, corpus destruat per immoderatam exercitacionem, ac deinde necesse habeat, non sine magno spirituali exercitij detrimento, circa debilitati curam corporis occupari. Ergo ne incurrat, qui currit, illuminari necesse est lumine discretionis, quæ mater virtutum est, & summatio perfectionis. Hæc nimirum docet, ne quid nimis. Et ita verum est, quod scripsit S. Catharina Senensis, in suis dialogis; se audiuisse à Deo Patre, Deum quibusdam perfectis, se numquam subtrahere per sensum deuotionis. Et sequenti capite rursus ait Dominus: Dixi quod ab his perfectissimis, numquam per sensum me subtraho, tamen aliquo modo me subtraho, quoniam anima quæ adhuc est in corpore ligata, sufficere nullo modo potest in se recipere iugiter vniõnem illam, quam in animâ facio. Et ideo quia non

Pf 93. 19.

Rib. l. 5. cap. 10.

let. 3 de Circum.

c. 78. a. u.

c. 79. in it.

sufficit, aliquando me subtraho, non per gratiam, neque per sensum, sed per vniõnem, quia nimirum occupationes huius vitæ, ut somnus & alia, attentionem animi necessarîo auerunt ab vniõne actuali cum Deo. Cui diuino responso congruit id quod S. Augustinus scriptum reliquit: *Tantum, quo suscipitur hilaritas, in quâ datorem diligis, Deus, surrepit tantò magis, quanto minus quisque, & tantò minus, quanto magis profecerit.* Et Christus Dominus dixit S. Birgittæ: *Dilige me solum, & omnia habebis quæ vels, & abundabis.* Si verbis meis credideris, & compleueris ea, gaudium & exultatio tibi non deficient, usque in sempiternum. Et ut alio in loco eidem dixit B. N. Maria: *Dignus erit consolatio Dei, qui non alium consolatorem querit, nisi Deum.* Denique deuotionis gratiam dat Deus animabus magnis virtutibus ornatis. *Pure orationis affectus, inquit S. Bernardus, & bona illa orationis suauitas, pro premio sanctitatis reddi solet meritis perfectorum.* Nam ve ait S. Macarius: *Sicut in palatio Regis, formosa ac speciosa puella, quæ nullâ maculâ respersa sunt, in regiam societatem admittuntur; sic & in spirituali palatio, anime, quæ omnibus bonorum generibus sunt exornatæ, communionem habent cum Rege caelesti.* Inter virtutes autem maximè ad hoc conducit, iudicio S. Teresie, *abnegatio omnium creaturarum, animam Creatori suo magis quam quiduis aliud coniungens & vniens.* Et in talibus ait S. Climacus, *ignorationem aedie reperiri: hoc est, ab eâ quæ illos non infestat. Mens quoque diuino amore diuturno & stabili ardens, solet perpetuâ deuotione ætuare.* Ad istos, inquit B. Laurentius Iustinianus, *Verbum accedit, nec recedit, sed si interdum ad horam dissipatur, non tamen diu.* Nam rehemens amor, citò reuocat, quod leuis fugauit culpa. Non valet per multa abesse spatia, vbi stabilem in corde Verbum posuit mansionem. Reciprocus etenim amor hoc non patitur, nec discordia, neque absentia persenerare queunt, vbi veri sunt illa superius amoris. Qui autem ardentius diligit, citius reconciliatur. Hinc est quod à corde perfecti, diu abesse non valet sponsum.

Quæ quidem omnia intelligenda sunt, ut plurimum accideret ex diuina gratiæ beneficio, non singulari generum, ut loquimur in scholis, sed generibus singulorumum.

CAPVT OCTAVVM.

De quarta causa ariditatum.

Homo, seu, ut ait Abbas Daniel, *negligentia hominis, est quarta ariditatum causa.* Quâ spectatâ meritò dicere possumus id, quod ait S. Bernardus: *Omnes nobis causamur deesse gratiam (scilicet deuotionis) sed iustis forsitan ipsa sibi queritur gratia, deesse nonnullos.* Nempe res cordis est gratia ista, quam querimus: & hoc munere ipse sese fraudat, qui internum ei distimulat habitaculum exhibere. Negligentia autem nostra deuotioni habitaculum obstruit, & quasi ad-

mit, & ariditates introducit; estque sextuplex.

Prima negligentia est remota & mediata, vitæ scilicet vitis dedita. *Secundum est*, inquit B. Laurentius Iustinianus, *quod duplex est ad orationem præparatio, scilicet remota & propinqua: præparatio remota est, orantis vitæ laudabilis. Multum enim iuuat orationis puritatem si in omni loco, actu & tempore nos ab operibus temperemus illicitis, & diuini obediunt præceptis: si semper ab otiosis sermocinationibus auditum pariter castigemus, & linguam. Quocumque enim sepius agere, loqui vel audire consueuerimus, necesse est frequenter ad animum, quasi solitam propriam, recurrant ad sedem: quia sicut volucra suis palustris, columba limpida solent visere fluentia; ita cogitationes impura mentem perturbant, & vitæ laudabilis animam purgat & sanctificat, atque orantis precem facit acceptabilem. Fugienda sunt ergo etiam minima peccata studiose orationis, si vult ab ariditate liber esse. Peccata enim venialia, præsertim deliberatè commissa, vt dicit S. Augustinus, velut scabies, quo plura sunt necant, & nostram decus ita exterminant, vt ab illius sponsi, speciosi formæ præ filiis hominum, castissimis amplexibus separant, non quidem perfectè: sicut fit per peccatum mortale, inquit S. Thomas, sed imperfectè: quia per peccatum veniale, retardatur affectus hominis ne prompè in Deum feratur: vel, vt ait S. Cæcilius Arelatensis simili phrasi eadem venialia peccata appellans pustulas, & quasi horrendâ scabie replentia animam & horrendam facientia, vt eam ad amplexus illius celestis sponsi aut vix, aut cum grandi confusione venire permittant. Puram itaque conscientiam adferat necesse est, qui deuotè orare desiderat. Puritas enim, vt ait B. Laurentius Iustinianus, plurimum valet, (idque is primo loco numerat inter ea quæ disponunt animam ad orationem; eamque exorabilem reddunt) puritas, inquam, plurimum valet, vt deprecantis oratio fiat accepta, & ipsius orantis animus ad orationem idoneus efficiatur. Beati inquit Dominus mundo corde, quoniam ipsi Deû videbunt. Aaron nisi prius ter lotus fuisset, non ingrediebatur in Sancta Sanctorum. Et alio in loco tractans de impedimentis contemplationis, quæ mentem eleuare se ad Deum in oratione non permittunt, ait: *Habet sua mens vincula, quæ eleuantem deprimunt. Ligatur quippe anima carnalis prudentia vinculis: ligatur etiam finibus peccatorum. Quos delicta, tot funes. Quis sunt ab istiusmodi vinculis alieni, liberè supra se valent contemplationis pennâ euolare, & sponsi præsentiam atque locum habitationis gloriæ Verbi diligenter perquirere. Mandet itaque cor, qui Verbi cupit contemplari præsentiam. Ided c. 18. mentis munditiam appellat contemplationis oculum, tabernaculum sapientiæ, exuberantem gaudia mysteriorum domum. Cui enim, vt ait S. Diadochus, conscientia nostra seipsam arguendo (scilicet ob peccata deliberatè committi solita) cantur bat, non sentitur mens odorem celestium bonorum sentire: sed potius in ambiguum statim distribuitur, ita vt propter**

antegressam experientiam fidei seruentur quidem id appetat, assequi tamen in sensu cordis per caritatem, propter crebros, vt dixi, morsus & accusationes conscientie non possit. Ceterum vbi nos ipsi seruidiore oratione & attentione purgauerimus, cum maiori in Deo experientia operatum adipsuemur.

Vnde quamuis SS. Eucharistia sumitur sit efficaciam, & eius effectus sit, vt idem S. Thomas docet, actualis refectio spiritualis dulcedinis, illam tamen dicit ibidem impediri, si aliquis accedat ad hoc Sacramentum per peccata venialia mente distractus. Multo magis, si alia peccata, & vitæ dissolutio præcesserint. Quemadmodum enim sensibile hoc lumen, inquit S. Basilii, non omnibus similiter exoritur, sed habentibus oculis & vigilantibus, his item qui nullo interstite impedimento prohibentur, quin frui possint claritate Solis primùm aduentantis; sic & intuitus Solis, verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, non omnibus suam splendorem præbet, sed his qui viuendi formulam nihil ipso indignam exigunt. Lux, inquit, orta est, non peccatori, sed iusto. Vt enim ortus est sol, sed non vesperationibus, nec aliis animalibus que noctu prodeunt pabularum; sic & lux, suâ quidem naturâ splendidissima est, ac vt prædicta illuminandi, non tamen omnes claritatis participes existunt; sic & omnis qui malè agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt eius opera non manifestentur. Immo mala opera eam arcant, & impedimentum mentis oculis obiciunt, eam sic cernat, vel potius oculos ipsos occludunt, vel eertè instat prauis humoris interni, aut infecti pulueris, obfuscant. Quod sic pulchrè explicat S. Bernardus: *Odibile macula, quæ beatam nobis admittit visionem, & execrabilis negligentia, quæ dissimulamus interim illius oculi mundationem. Vt enim corporeus nobis visus aut humore interiori, aut exterioris iniectione pulueris impeditur; sic & spiritualis intuitus, interdum quidem propria carnis illecebrâ, interdum curiositate seculari & ambitione turbatur, & c. In utroque tamen solum quod hebetat & confundit obcurum, peccatum est: nec aliud inter oculum & lumen, inter Deum & hominem (in oratione alloquentem Deum) separare videtur. Quinimodò etiam post emendata peccata præterita, dum ea deinceps vitantur serio, remanent quedam peccatorum præteritorum reliquiæ, oculum mentis in oratione & deuotionem illius turbantes. Quæ de re loco citato sic habet S. Bernardus: *Interdum corporeus oculus, non adhuc festucâ manente, sed iam sublata vel exussata, aliquamdiu caligare videtur: quod quidem & ipsum in interiori oculo, qui in spiritu ambulat, sapius experitur. Neque enim vbi ferrum extraxeris, continuo vulnus redditum est sanitati; sed tunc primum necesse est adhibere fomenta, & operam dare curationi. Nemo ergo sentinam euiciens, mundatum sese protinus arbitretur: quinimodò nouerit se multis purificationibus egere. Nec modò lauandum aquâ, sed & purgandum & examinandum igni, vt dicat: *Transiimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium. Inter peccata autem deuotionem impe-***

Zz diem

41. loc. c. 1.

h. 10. c. 1. et 10.

3. p. q. 79. a. 1. b. 1. c. 1.

et de or.

de casto. con. c. 16.

cap. 45.

3. p. q. 79. a. 8.

in Pf. 331

de conversione ad clericos c. 25.

Phil. 6. 5.

cap. 91.

dientia, & inducentia ariditatem, solet esse, dum aliquem immeritò offendimus, & nobis offensum scimus. Hanc enim solam ob causam, inquit S. Diadochus, vacat tunc à contemplatione mens, quia sermo scientia, cum totus sit caritatis, non sinit agitationem mentis ad concipiendas contemplationes diffundi ac dilatarì, nisi prius eum reconciliemus, etiam qui temerè & immeritò nobis iratus est. Quòd si noluerit ille, aut rursus procul à nostris locis, vbi versamur, abest, de reliquo necessitas vrget, vt formam vultus eius in animo fingamus, & ibi ei nostrum effectum adiungamus. Sic (si non erga præsentem) in profundo cordis, legem per caritatem impleamus. Opponet enim, inquit, facies eorum, qui intempestiue irascuntur, sedatâ cogitatione in animo suo cernere eos, qui cogitationem Dei habere volunt. Quòd quidem cum actum erit, non solum in Theologia, id est, in diuinarum rerum tractatione, sine errore (distractionum) mens versabitur, sed ad caritatem Dei, cum magnâ fiducia ascendet, veluti ex secundo gradu ad primum, sine impedimento festinans. Magnum enim impedimentum peccata, tum alia, tum caritati contraria, menti adferunt, ne intueatur clarè, & ne iucundè diuina percipiat in oratione. Nam quemadmodum lux, vt ait S. Bernardus, incassum circumfundit oculos cæcos, vel clausos; ita animalis homo, non percipit ea que sunt Spiritus Dei. Quippe Spiritus sanctus discipline effugiet fictum, quod est vitæ incontinens. Sed nec ei erit vnquam pars cum mundi vanitate, cum veritatis sit Spiritus. Quæ enim societas ei, quæ desorsum est sapientia, & sapientia mundi, quæ stultitia est apud Deum; aut sapientia carnis, quæ & ipsa inimica est Deo? Vt ergo sentiat deotionis gustus, ariditates excludens, vitæ puritati ante orationem, studendum est. Teste enim S. Bernardo, illi soli experimentum diuina suauitatis concessum est, qui præcipuâ mentis puritate, & corporis sanctitate pollet.

de claustr. an. c. 10.

cap. 4.

45.

de discipl. mon. con. cap. 12.

Inter nauos autem vitæ, impediens deotionis & consolationum diuinarum in oratione scaturigines non postremo loco etiam ponendæ sunt, singulares amicitia, ex inordinato affectu carnis orta. Nam contubernia talium, vt ait B. Laurentius Iustinianus, iocis delectantur, spatium desiderant, noua semper audire & videre ap-

petunt, & aliorum negotia percunctari sedula curiositate non cessant. Hinc autem exficcati, vel potius oblitati deuotionis lacrymas, docet S. Dorotheus. Bonum est, inquit, monacho proficere cupienti, non admodum affici ad coetaneum suum. Solet enim eiusmodi consuetudo, & longa amicorum & coetaneorum familiaritas, seruum, & feruens animi proposuit plerumque extinguere. Clarius hoc ipsum explicat B. Laurentius Iustinianus lib. cit. talium enim mens distrahitur, compunctio dissoluitur, gratia subtrahitur, proximus male edificatur, oratio confunditur, conscientia obtenebratur. Nam, vt ait S. Bernardus, solet amorem amor expungere, humanus diuinus, carnalis caelestem. Sanè si Aristoteles cen- set, nec expedire, nec posse esse amicitias perfectas, cum pluribus amicis, quemadmodum nemo potest simul multorum amore captus esse; ita perfecta cum Deo amicitia, quam deuotionis ardor conciliat, non potest cum inordinato erga alium affectu consistere, sed per eum impeditur, vt quotidiana in talibus docet experientia. Deus enim solus amari vult & coli. Illi soli seruius dixit per Moysen, & in Euangelio. Et teste S. Bernardo, Zelotypus est sponsus iste, si forte alium amatorem receperis, si alij magis placere stueris, statim discedet à te, & alius adheret adole- tulus. P. Balthazar Alaraz verò de hac eadem re dicebat, per nimium affectum erga creaturas captiuari cor, & amicitia libertatis & ingenitatis priuilegium, quo Deus illud donauit, cum hominem condidit: ferig, inhabile & ineptum ad familiaritatem cum ipso Domino Deo nostro. Trahunt enim post se cogitationes ad personam amatam surantur tempus, nec locum relinquunt, quo Deus in corde maneat, nec vt ipsum possit soli suo Creatori adherere & vniri. Et hac de causa B. M. Magdalena de Pazzis, vt scribit in eius vitâ P. Ceparius noster, inculcabat suis monialibus, ne ad vllam rem etiam non malam, haberent nimium affectum, & vt de hoc quolibet mente se examinarent, & se priuarent rebus nimium amatis.

Secunda negligentia pariens ariditates est, dum non sedatis animi perturbationibus nos inquietantibus, ad orationem accedimus. Oper- ter enim, inquit S. Basilus, otium ab omni tumultu exteriori agere liberrimum prorsus, & intra cordis arcana, perinde ac in intimo quopiam inuenta, consultationis recessu, tranquilla quiete perfrui eum, qui cupit veluti à vestigijs persequi contemplationem veritatis. Audisne Prophetam consistentem peccatum: Turbatus à furore oculus meus. Non solum autem furor suæ iræ, sed concupiscentia & timor & inuidia oculum anime conturbant. Et in vniuersum perturbationes omnes, & immoderati motus, aciem perspicillitatemq; animi confundunt & exturbant. Et quemadmodum oculis turbidis visibilia exactè deprehendere non valemus, sic corde turbato nemini conceditur incumbere veritatis cognitioni. Quocirca S. Ioannes Climac. monet. Cum vultus Domini asare proficisceris, sit tibi tunica anima sicut apertæ ciuitas, id est, obliuionis iniuria-

fer. 1 in Cant.

f. 67. Cā.

cap. 4.

45.

de discipl. mon. con. cap. 12.

cap. 11.

cap. 11.

46.

13. c. 6.

47.

III. Deut. 6.

Et 13.

Matt. 4.

10.

Scala claustr.

fit. 5. j.

48.

VI. c. 11.

5. 1.

cap. 44.

49.

in Pl. 11.

50.

l. j. me.

cap. 22.

l. i. de i.

c. 2. n.

7m,

rum, omnino confuta. Alioqui nihil ex oratione ipsa lucraberis. Et infra: Si omnem mansuetudinem & iracundiam indueris, nihil tu laborabis ut eruas de captivitate mentem tuam. Aliâ similitudine pulchrè hoc ipsum explicat Sanctus Diadochus: Mare cum tranquillum est, usque ad fundum piscatoribus perspicuum, ita ut tunc nihil ibi piscium eos lateat: cum verò ventis agitur, tegit tempestate turbida, qua in placidâ tranquillitate largiter facit perspicui. Ex quo fit ut ars eorum, qui piscatorios dolos machinantur otiosa sit: quod quidem menti, qua in contemplatione versatur, evenire solet: tunc maxime, cum fundum eius irâ iniustâ turbatum est. Sed non sola ita hoc efficit, verum alia quoque, quæ tamen ope divinæ gratiæ consequuntur. Cum anima irâ commouetur, inquit idem S. Diadochus, aut offensa est ei caligo ex crapula, aut gravi angore afficitur, non potest mens, tametsi ipsa animam vim ei quodammodo adhibeat, memoriam Domini retinere: quin potius tota mens, vehementiâ perturbationum obscurata, à suo sensu hanc ob causam prorsus alienatur. Quamobrem non potest desiderium suum sigillum imprimere (id est ita persequere voluntatem, ut efficaciter velit vitare mala, querere bona) ut mens sine oblivione speciem meditationis ferat, duret in memoria eius, propter ferocitatem perturbationum. Sin autem extra perturbationem posita sit, tametsi paulisper oblivio illud promptum animi (id est promptitudinem) surripiat, tamen citò mens, solertia suâ utens, seruenit illam salutarem, & maxime expectandam prædam apprehendit: habet enim tunc ipsam gratiam, unâ cum animâ meditantem & clamantem: Domine IESU: sicut mater puerulum suum docet, & cum eo meditatur paternum nomen, donec ad habitum eius nominis eum perducatur, & infans puer pro aliquo alio pueri sermone clarè patrem etiam dormiens appellet. Idcirco ait Apostolus Rom. 6. Similiter autem spiritus adiuvat infirmitatem nostram. Quid enim oremus, quomodo oportet, nescimus: sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Etenim quia ad capiendam virtutis orandi perfectionem parvuli sumus, omnino auxilio eius indigemus: ut cum eius dulcedo maior quàm dici possit omnes cogitationes commisceat, suavitatem perfundat, toto cum affectu ad memoriam Dei & caritatem excitemur: quamobrem cum in ipso, ut id etiam Paulus ait Rom. 8. Deum Patrem inquam, ab ipso componimus ad vocandum sine intermissione, Abba, Pater.

Tertia negligentia parlens ariditates, est nimia effusio ad res terrenas, ex affectu inordinato ad illas plerumque profluens. Nam, ut ait S. Gregorius Papa, Mens nullo modo ad vim intimam contemplationis rapitur, nisi studiosè prius à terrenorum desideriorum tumultu sopiatur. Quando autem ad desideria inordinata rerum mundanarum accedet effusio animi ad exteriora, tantò minus speranda est ex parte nostrâ devotio in oratione. Quòd divinas consolationes non habemus, inquit Thomas Kempensis, aut raris sentimus, nos ipsi in culpâ sumus, quia compunctionem cordis non queri-

mus, nec vanas & externas omnino abiciimus: Et alibi: Tantum homo impeditur & distrahitur, quantum sibi res attrahit. Et alio in loco: Quisquis intentionem suam simplici corde sursum ad Deum levaverit, seg, ab omni inordinato amore, seu dispendentiâ cuiuslibet rei creata evacuerit, aptissimus gratia percipiendus, ac dignus devotionis munere erit. Et alibi: Plures reperiuntur contemplationem desiderare, sed que ad eam requiruntur, non student exercere. Est magnum impedimentum, quia in signis & sensibilibus rebus stat. & parum de perfectâ mortificatione habetur. Et supra num. 1. dixerat: Ideo pauci inveniuntur contemplativi, quia pauci sciunt se à perituris & creaturis ad plenum sequestrare. Hæc sequestratio à creaturis, ad quas indeuotum cor effunditur, est illa solitudo apud Oseam: Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Quamdiu namq, animus permixtus est turbis, & in multitudine fluctantium volutatur, nec vacat soli Deo, inquit B. Laurentius Iustinianus, nec segregatus est à vulgo, creaturarum vel inutilium curarum. Circa quas etiam exiguus amor & nimia cura, devotionis impedit laporem. Modicus pilus, inquit S. Ioannes Climacus, perturbat oculum, & modica cura demolitur quietem. Quies enim est depositio sensuum, curarumq, irrationabilium abnegatio. Qui curis agitur, ei similis est, qui pedes suos fortiter vinciens, celeriter incedere nititur. Verum namque est, quod ait Abbas Daniel apud Cassianum: Nostro vitio, sepe procedente, incircumspectè nosmetipsos, & remissius exhibentes, & per ignaviam & desidiam noxiis cogitationibus passi, terram cordis nostri, spinas & tribulos facimus germinare: quibus in eâ pullulantibus, consequenter efficiamur steriles, atque ab omni reddimur spirituali fructu, & contemplatione ieiuni. Hoc confirmans Abbas Isaac dixit: Ut eo fervore ac puritate, quâ debet, emitti possit oratio, hæc sunt omnimodis observanda. Primum, solitudo rerum carnalium generaliter abscondenda est: deinde nullius negotij, causæ, non solum cura, sed ne memoria quidem penitus admittenda: detractiones, vaniloquia, seu multiloquia, scurrilitates quoque similiter ampuanda: ira præ omnibus, siue tristitia perturbatio funditis erudenda, concupiscentiæ carnalis ac phylargyria noxiis fomes, radicatus euellendus.

Pulchrè hoc ipsum idem explicat sequenti capite: Qualitas, inquit, anime, non ineptè subtilissima pluma, seu penna leuissima comparatur: quæ si humoris cuiuspiam extrinsecus accidentis corruptione vitata non fuerit vel infusa, mobilitate substantiæ suæ tenuissimi spiritus adiumento velut naturaliter ad sublimia caelestiaq, susollitur: sin verò humoris cuiusquam aspergine vel infusione fuerit prægaurata, non modo in nullos aërios volatus naturali mobilitate raptabitur, sed etiam ad ima terra, concepti humoris pondere depressimetur: ita mens quoque nostra, si accedentibus vitiiis, curisq, mundanis aggrauata non fuerit, noxiæ libidinis suo more corrupta, velut naturali puritatis suæ beneficio subleuata, leuissimo spiritualis meditationis afflatu sublimabitur ad superna: & humilia deferens

Coll. 10. cap. 9. l. 19. mor. cap. 17.

atque terrena, ad caelestia & invisibilia transferetur. Quam doctrinam alio etiam in loco confirmat. Et S. Gregorius Papa: *Sape, inquit, curis mundi libenter occupamur; cumq; post haec studio orationis intendimus, nequaquam se mens ad caelestia erigit: quia pondus hanc terrena sollicitudinis in profundum merfit. Et in prece facies munda non ostenditur, quia cogitationis infima luto maculatur.* Hinc Abbas Moyses apud Cassianum, differens de variis modis, & materiis divinae contemplationis, quibus Deus, vel videtur mundis obtutibus, vel tenetur, eas, inquit, nullus perpetuo retentabit, in quo adhuc aliquid carnalium vivit affectuum. Quia non poteris, ait Dominus, videre faciem meam, non enim videbit me homo, & vivet; scilicet mundo huic, affectibusq; terrenis. Huic accedens Abbas Serenus ait: *Posse nos Domino coherere, experientia propria deprehendimus, si mortificatas voluntates ac desideria huius mundi habeamus absissa.* Et S. Thomas, inter duo impedimenta contemplationis, secundum ponit, tumultus exteriores occupationum. Sed & sine istis, solae cogitationes saeculares vltro accitae, impediunt cursum orationis. Teste enim S. Macario, *Cogitationes huiusmodi distrahunt animum, ad terrena & corruptibilia, nec sinunt diligere Deum aut memoriam habere Domini.* Ideo S. Leo vult animum nostrum omni strepitu terrenarum silere curarum, vt in meditationibus sanctis, & deliciis lateatur. Quod si in hac vita difficile est continuari, potest tamen frequenter adsumi, vt sapius ac diutius spiritualibus potiis, quam carnalibus occupemur. Et cum melioribus curis, maiores impendimus moras, ad incorruptibiles diuicias, etiam temporales transeunt actiones.

Coll. 1. cap. 14.

Exo. 33.

Coll. 7. c. 6.

2. 1. q. 180. a. 2.

hom. 17.

l. 8. de iun. dec. mensis.

Cepar. in vita c. 44.

l. 1. de inf. mon.

152.

Huc referenda est effusio linguae ad garrulitatem: nam & haec impedit gustus pios orationis. Ideo B. M. Magdalena de Pazzi dicebat: *Anima religiose, qua non delectatur silentio, esse impossibile, vt gustum habeat in rebus diuinis.* Sicut autem effusio ad creaturas deuotionem orationis impedit, ita contraria dispositio animae valde mentem Deo vnit.

CAPVT NONVM.

Non declinande occupationes distractiue ob metum ariditatum.

Dices, si haec vera sunt, nec Superiores nostri, nec Procuratores, imò nec scholastici studii literarum intenti, poterunt vnquam deuote orare. Tenentur enim ante orationem suam de officiis suis bene obeundis esse solliciti, & ea obire non possunt sine cura rerum terrenarum. Idem iudicium est, de Coadiutoribus quibusdam circa temporalia occupatis. Vnde S. Basiliius ait, *earum rerum quae sunt cum materia coniuncta, sollicitudinem procuratoremq; magnopere mentem atque animum distrahere.*

Respondedò primò: Si officia nostra sollicitè

quidem & cum cura ac diligentia obiterimus, iuxta consilium S. Bernardi, & exempli S. P. N. Ignatii, qui teste Maffeo in eius vita; non se reuoluerat, sed commodare consueuerat; non minus deuote orare poterimus, quam in remotissima Eremita constituti, & ab omni distractiua occupatione seiuncti. Nam, vt S. Gregorius Papa ait, *valde haec sibi necessariò congrunt, vt & oratione operatio, & operatione fulciatur oratio.* Hinc enim Ieremias ait: *leuemus corda nostra cum manibus ad Deum in calos. Corda cum manibus leuat, qui orationem suam operibus reborat. Nam quisquis orat, sed operari dissimulat, cor leuat, & manus non leuat. Quisquis vero operatur & non orat, manus leuat & cor non leuat.* Pollunt ergo operibus distractiuis dediti, in eis esse valde deuoti. Ostendit hoc Cassianus ex-emplo Aegyptiorum monachorum. Ita, inquit, ab eis incessanter operatio manuum priuatum per cellulas exercetur, vt palmorum quocumq; vel ceterarum scripturarum ruditatio nunquam penitus omittatur. Immo per labores manuum se disponebant ad solatia, & collectionem contemplationis. *Credentibus, inquit idem, se tanto sublimiorem spiritualium contemplationum puritatem intuitu quaesturas, quanto diutius fuerint erga operis studium ac laboris intenti.* Vera est enim S. Bernardi sententia, *de vita Serius animus & prudens, ad omnem se comparat laborem, nec in eo dissoluitur, sed per eum magis in se ipsum colligitur: qui semper pra oculis habens, non tam quod agit, quam quod agendo intendit, omnis consummationis attendit finem.* Hoc ipse S. Bernardus verum esse in seipso demonstrauit: etsi enim Eremita non esset, sed à summis Pontificibus in legationibus operosis occuparetur, & gubernationibus sui Ordinis in varias distraheretur partes; tamen vii scribitur in eius vita. *In virtute spiritus, simul & totus quadammodo exterius laborabat, & totus interiori Deo vacabat in altero pacem consensientiam, in altero deuotionem.* Laboris tempore, & intus orabat, seu meditabatur absque intermissione exterioris laboris, & exterius laborabat absque iactura interioris suauitatis. Et alio in loco sic commentatur eius animi collectio in occupationibus distractiuis: *Ita sese fecerat omnium seruum, ac si toti gentis orbi: ita tamen liber ex omnibus, conscientie suae curam gerens, tanquam soli deditus cura & custodis cordis sui.* Quam ad rem facit solatium à Christo Domino promissum S. Gertrudi is, qui Dei causa in religiosis domiciliis munia distractiua obeunt, dum socij rebus diuinis eo tempore vacant, suae celebrationi Missarum, siue recitando diuino Officio, & rebus similibus. Cùm enim S. Gertrudis in quadam capella orans, videret Christum Dominum tempore sacrificij Missae aliquos radios miri splendoris ad quasdam personas de Congregatione illa protendere, usque miro modo delectaretur, pro alijs etiam sollicita de Congregatione dixisset ad Dominum: *Cùm me Domine largiflua pietas tua, nunc iam incredibilis suauitatis gratia donauerit, quid etiam das his, qui forte nunc exteriori-*

Bern. Med. c. 6. col. 2. Maff. 1. cap. 1.

l. 18. mor. cap. 1. Thren. 3. 41.

l. 3. Inl. cap. 2.

l. 2. Inl. cap. 12.

l. 1. de vita l. 1. de vita

l. 1. c. 7.

l. 3. c. 7.

l. 79. ad pop.

l. 6. C. 6. monast.

bus insidantes, donis istis minus perfruuntur. Ad quod Dominus: Ego eos balsamo perungo quamvis quasi dormiantes. Cuius virtutem cum illa examinaret. & multum miraretur, quomodo tam aequalem fructum habere possent, se in spiritualibus exercitantes. & non exercitantes, quia balsamum quod impuribilia reddit corpora: peruncta parum differet, virum eo dormientes sue vigilantes perungantur, etiam hanc intelligibiliter simulatidnem accepit in exemplum: scilicet, cum homo comedit, à quo omne corpus in singulis membris confortatur, solum tamen os in sapore cibi delectatur: sic cum electis specialis gratia donatur, & in continentia pietate omnibus membris, & specialiter ad eandem Congregationem pertinentibus, etiam meritum (ob labores eorum unitos deuotionibus sociorum) augmentatur: exceptis illis, qui se ipsos vel per inuidiam (eo quod se videant non esse Clericos, vel ad Chorum destinatos) vel malam defraudandi voluntatem. Quamquam & inuoluntaria distractio, orta ex laboribus infunctis, non nocet viro spirituali. Hinc merito S. Teresa etiam suis monialibus prescriberet, vt dum se in exteriores occupationes ex Superioris mandato, & caritate mouente, effundunt, solitudinem tamquam pro illis meliorem non desiderent, subdit statim: *Mais Domini beneficium reputo, diem vnum in humis nostri ipsorum cognitione transigisse, (esto multum nobis afflictionibus & laboribus is steteris) quam multos in oratione: idque etiam eo magis, quod verus ac sincerus amator, in omni loco amet, & nusquam non delecti sui memoriam sibi presentem habeat. Certè durum esset, si oratio non nisi in angulis ac solitudine fieri posset. Esto ad solitudinem captandam commodus nobis locus denegetur: soli tamen esse possumus. Domine, recum in solitudine & cella cordis nostri deliciando. Cum Saluator dicat, inquit S. Ambrosius, Intra in cubiculum tuum, Matth. 6. Intellige cubiculum, non inclusum parietibus, quo tua membra claudantur, sed cubiculum quod in te est: in quo includuntur cogitationes tuas, in quo versantur sensus tui. Hoc orationis tue cubiculum, vbi que recum est & vbi que secretum est: cuius arbiter nullus est, nisi solus Deus.*

Hoc ipsum docuit S. Chrysostomus: Ne mihi, inquit, quisquam dicat, quod nequeat homo secularibus affixus & foro, continue per diem orare, (non tantum vnà vel altera hora, vti nos facimus) potest enim, & quam facillimè, & affixus tribunali. Vbi cumque sis, potes altare tuum constituere: si mentem tantum seruentem exhibeas, orationis perfectionem consummaueris. Vbi cumque sis, ora. Templum es, ne locum queras. Non enim locum Deus veretur: sed vnum exquiri, seruandam mentem, & continentem animam. Hoc ipsum testatur S. Basilius laudator & incola vitæ solitarie per plures annos à sæculi negotiis auulsus: *Qui verè philosophus est, is cum corpus suum cu arum suarum domicilium, & animi sedem firmissimam habeat, licet casus illum in forum attulerit, licet in maximâ conuentus alicuius celebritate versetur, licet in monte aliquo, licet in agro, licet in mediâ multitudinis frequentia sit; stabilis tamen in naturali*

monasterio suo manet: quippe qui mentem suam in totam ad seipsum recollectam habeat. & de rebus ad officium suum pertinentibus philosophetur. Siquidem fieri facile potest vt & qui se intra priuatos parietes contineat, si negligenter se gerat, mentis agitatione circumuagetur foras: & vicissim qui in foro medio versetur, si si animo excubet, perinde sit ac si in magna esse solitudine constitutus, qui videlicet cogitationem suam ad seipsum tantummodo ac Deum conuersam habeat, sensibusque suis perturbationes omnino nullas admittat, quæ a rebus orta sensibilibus in animos solent nobis incidere. Quocirca bene dicebat Abbas Ampo: *Sicut apes, quocumque vadit, mel operatur, ita & monachus quocumque pergit, si propter opus Dei perreuerit, dulcedinem bonorum actuum potest afferre, & quod pro felici studiorum successu suadet. Quincilianus, id in oratione obseruandum: Si intentionem totâ mente in opus direxeris, nihil eorum que oculis, vel auribus incurfant, ad animum perueniet.*

Hanc ob causam S. P. N. Ignatium, nullus, vt scribit Ribadencira, *quantusuis strepitus (si nulla eius culpa accideret) obturbabat orantem. Maior est vis diuinæ gratiæ, quam humani ingenij & diligentia. Quocirca si Senecam, tantum naturæ viribus fretum, à suis studiis nulla vox, nullus strepitus, nullus gemitus & sibilus, nullus clamor auocabat, quemadmodum ipse scribit, epist. 56. multo magis diuinæ beneficio gratiæ, in distractiuis officiis & laboribus strepitum habentibus, mentem possumus habere collectam & deuotam, dummodò in talibus officiis constituti, vt obseruat S. Nilus, tantum cura terrenis rebus propter corpus imperiamus, quantum necessitas cogit. Vti & contratio ibidem infra ait: *Neglectam per ignauiam actionis dexteram, simul extinguere etiam contemplationis splendorem.* Scribit S. Ioannes gr. 4. Climacus de coco cuiusdam monasterij, alente (præter hospites aduenas) patientis & triginta, eum habuisse donum lacrymarum in illo distractiuo munere, & cum eum orasset simplex, vt sibi reuelare dignaretur, quonam modo meruisset huiusmodi gratiam, ita respondisse: *Namquam me hominibus seruire arbitratus sum, sed Deo, & indignum me ipsum quiete omni indicans, ex huius ignis contemplatione, sempiterni incendij iugi memoria compungor. Ita culinæ officium, nullum diem habens à distractiuo illo labore liberum, non distrahit, si hoc munus ritè obeatur. Simile exemplum legitur in Franciscanâ historiâ: *Quidam cocus solitus erat, ministeris culinæ perfunctus, se in collem orandi causa recipere, quo tempore, magnâ caelestium consolationum voluptate perfundebatur. Quas vt vberius perciperet, putabat se eas consecuturum, si à culinæ distractionibus liberaretur. Adit ergo Superiorem suum, & impetrat liberationem à culinæ officio. Cum autem ab iis liber, rerum diuinarum meditationi se dederet, nullas diuinæ consolationes sensit, quibus abundabat, dum esset deditus culinæ laboribus. Quocirca agnito***

Ruff. l. 3. p. 189. Vit. P. P. 1. 7. c. 32. num. 7. Rosv. p. 679. col. 2. l. 10. c. 3.

Rib. l. 1. cap. 1.

epist. 56.

1. A. fec. col. 6. col. 10.

gr. 4.

3. par. l. 10. c. 19.

l. 1. d. cap. 1.

l. 1. d. cap. 1. Abel. c. 7. fin.

h. 79. ad pop.

c. 6. C. 6. monast.

errore suo. rediit ad culinarias functiones, & hoc facto, caelestis iterum gratia rediit, amissa deuotionis: quoniam etiam maior ei accessit caritatis fraternae & humilitatis munia repetenti. Nemo ergo distractiuis officiis adscribat suas in oratione ariditates, sed negligenter alicui, vel in his munitis obeundis, vel circa ipsam meditationem admissis.

53.

Habemus huius rei etiam alia exempla domestica, & antiqua & noua. Quis enim dubitat S. P. N. Ignatium, dum Societatem fundaret & fundatam regebat, tractasse negotia grauissima, & plurima, & quidem summa animi applicatione, tamen ad eum fuisse deuotum, ut non tantum in meditatione secreta cubiculi, sed ex intuitu floris, aut herbae, aut leuissima cuiuslibet rei, confisum in Dei cogitationem amoremq; suavissime rapere, ut scribitur in eius Vita: & quod maius est, etiam dum comederet, dum per Urbem incederet, dum cum aliis colloqueretur, & negotia tractaret, diuina percipiebat lumina, & visiones caelestes, opera, quae praemanibus habebat, non impediens: ut scribit Ribadeneira & Orlandinus. P. Polancus, etiam Societatis Secretarius, & simul Concionator, & doctrinam Christianam traderet, ut scribit Orlandinus, insuper eodem tempore Procuratoris Generalis Societatis, & domestici, munia obiret, nec tamen a culina, trichinique muneribus esset immunitus, & simul Historiam Societatis scriberet, nomineque S. Ignatii, ipse ad omnes responderet literas; tamen, ut audiui ab antiquis Patribus, nullas in oratione patiebatur mentis euagationes. P. Paulus Camers S. Francisci Xauerij ad Indiam Orientalem missi comes, & interdum eo absente, ibi vices eius gerens, tot curis in propaganda Dei gloria, & curanda omnium salute erat immerfus, ut quem admodum scribit Sacchini, percipi non possit cogitatione, quam multos labores subierit, magna constantia & animi alacritate, non tantum gubernando omnes nostros per Indiam sparsos, sed seculares etiam a vita seculata reuocando ad piam, & adolescentes nationum variarum ad Seminarium conductos, dies noctesque instruendo in pietatis officiis, & omnes deuorando molestias, quas ferebat institutio imbecillis aetatis, totque nationum varietas, & morum barbarorum ac linguarum inter se discordia ab eo materna suauitate tolerata. Idem praecipua cura catechumenis praerat edocendis, eosdemque sua manu lustrabat, ut vix quicquam vnus plures Christo genuerit: deinde & inter se sanctis copulabat nuptiis, & a potentiorum tuebatur iniuriis, & subleuare, efferre, ornate nitebatur. Nosocomium quoque, quoad vixit, prouida cura & intento labore administrauit. Catechumenorum quoque domus, virorum ac feminarum praecipua praefectura ei erat commissa. Quae super omnia, confessioni-

Maff. l. 5. cap. 1. Rib. l. 5. cap. 1.

Rib. l. 4. cap. 2. Or. l. 10. num. 58. l. 7. hist. Soc. n. 6.

1. nat. hist. Soc. l. 4. num. 140. & seqq.

bus audiendis sic haerebat, affixus, ut naribus nihil ei praeter ea circumspiceret. Omnibus autem eiusmodi curis, sic adhaerens, inquit Sacchini, iam animus prae se a terra, & a corpore peregrinari, & uisari potius in caelo uideatur. Ut etiam non diuina, paritas talibus curis, non propria, sed Superiorum uoluntate susceperis, tamquam lignis quibusdam, ad accendendam deuotionis magnam affectum, non ad obuiendum. Quasi ad rem facit pia ponderatio S. Thomae, explicantis illud Apostoli, Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probat. Non dicit, ut qui simpliciter implicatur, sed implicat se, implicat enim se, quando sine pietate est: necessitate assumit: sed quando necessitas officij pietatis, & auctoritatis scilicet Superiorum exercetur, tunc non implicat se, sed implicatur huiusmodi necessitate. Cui Deus succurrit, ne deuotionem impediat, & si impedit, nihil refert, ob causas supra commemoratas, & in ea adhuc referendas. B. Aloysius nosse studij vacans diligentissime, ita deuote orabat, ut nec distractionibus impeteretur, & caelestibus solatiis diffunderet, tantamque sentiret difficultatem in auocando a rerum caelestium consideratione animo, quantam alij in colligendo & ad attentionem reuocando. Idem de B. Stanislao in Notitijs legitur. P. Franciscus Suarez tota licet uita sua libris magis immerfus, quam uilius nostrum, quia tamen commodabat se libris, non donabat, quocies precarium libellum sumeret in manu, horarum penitum, sacerdotum more, facturus, ab eo cura omnes abscedere solebant, ut nulla res quantibus momenti, attentè precantis animum, cogitationemq; abriperet: usque ad tumultuans animi motibus imperauerat. Alphonfus Rodriguez Ianitoris munus per annos circiter 40 obtinens, ita Deo mentem in omnibus actionibus, etiam ualde distractiuis, adhaerentem habebat, ut omnes distractiones simul sumptae diei, uix tantum aequarentur temporis, quantum absumeret semel recitatione Symboli Apostolorum. Quinimodo, iustus semel a Superiore mentem a contemplatione caelestium abstrahere, dum grani morbo periclitaretur, cui ea mentis attentio oberat, nequaquam id praestare poterat, sentiens se inuito mentem ad caelestia contemplanda rapi: quocirca impetrauit, ut ab hoc Superioris praescripto liber esset. Ideo mirum non est, P. Hieronymum Natalem, (qui fuit primus, per quem S. Ignatius Constitutiones promulgari & declarari uoluit, quem & Societatis totius Vicarium Generalem fecerat, dum ipse aegrotaret, & qui postea fuit factus Assistent Societatis, & Visitator Hispanicarum provinciarum cum potestate ipsius Generalis a P. Lainez missus) eum, inquam, mirum non est, tum Nouitium, tum Coadunatoribus temporalibus nostris laicis inuidere solitum, ut scribit P. Rodericus, qui liberi a studiis & curis, tota die possent orationi intendere; et si officia distractiua, hi praesertim, obirent perpetuo.

Quo.

Quocirca ad declinandam distractionem non
 fugienda sunt distractiva officia & occupa-
 tiones, nec sperandum solitudinis beneficio
 eas omnes amputatum nisi, quia quamvis ad so-
 litudo ut scribit S. Basiliius, grande opera pretium
 adferat. vixitque per turbationes animi, consopire so-
 lita sit patiunt, deinde indulgere, ut ratiocinationis,
 ipsas spiritus ex anima elidendi; tamen, per se sola
 id solitudo prestare non potest. Hinc supra in
 titio epistolae illius, idem Sanctus de solitudine
 scribens sic ait: Tametsi in hac extremorum finium
 recessu, inter diu nocturno, agito; tametsi in huius occupa-
 tione pro derelicto habeo, ut sexcenta malarum cau-
 sa, me tamen nondum ipsum etiam habere pro dereli-
 cto quini. Similiter, illis affectus sum, qui nauigandi
 insolentes, nauis per ducem afflicti sunt. Nauis illi ma-
 gitudine nauis offensa, tanquam vehementer suc-
 currentis in lembum aut nauiculam cum transierint;
 sic quoque non secus a nauis laborant nuntium mo-
 lestia ipsos ac bile, quo transierint, tanquam comitanti-
 bus. Huiusmodi igitur quiddam nobis contingit, qui do-
 melicas perturbaciones, quoad circumferentes gen-
 tium, ubique locorum proinde laborant in tumultu,
 quare non magno opere adiuui sumus ab hac solitudine.
 Cuius rei causa est, quia solitudo per se solam
 non euellit radices & fontes distractionum &
 ariditatum, quae ut plurimum proveniunt ex vi-
 tiorum nobis inordinatis motibus;
 & ex male consuetudinis usu. Huiusmodi enim pes-
 sis vitiarum, inquit S. Bernardus, tractans de vi-
 ta solitaria ad Fratres de Monte Dei, usque in vlti-
 mam solitudinem solitarii persequuntur. Et sicut
 bene concretum virtus, & fideliter animo infidens, posses-
 sorem suum in nulla deserit multitudine; sic vitium
 consuetudinis, possessorem suum liberum esse non pati-
 tur in qualibet solitudine. Nam nisi pertinaci studio &
 prudenti opera expugnata fuerit consuetudo, teneri po-
 test, vni vix potest; & quomodocumque se componat
 animus, & in qua solitudine habet, secretum vel
 silentium cordis (quod solet esse in oratione de-
 uota deuotione sensibili) esse non patitur. Hinc S.
 Iohannes Climacus, expertus vitae solitariae co-
 moda & incommoda, uti & cenobiticae, scri-
 bit: Cenobium aecedia (in qua semper est veluti ei
 essentialis orationis impugnativa ariditas) resi-
 stit: viro autem solitario, haec inuidia, in aeternum co-
 mes est, neque illum ante mortem deseret; quotidieque
 dum vixerit illum oppugnat. Haec anachoreta cellu-
 lam intuta subristi, atque appropinquans iuxta sibi
 tabernaculum fixit. Proinde nec officia nec loca
 distractiva ad declinandam aecdiam & aridi-
 tatem deuotionis, subterfugienda sunt & soli-
 tudini postponenda quoad hoc. Hinc Abbas
 Moyses apud Cassianum dixit, experimento com-
 probatum esse aecdiae impugnationem, non declinanda
 fugientiam, sed resistendam superandam. Quinimodo
 tantum abest ut officia distractiva, si debito
 modo tractentur, deuotionem orationis impe-
 dian, ut potius ad illam disponant. Ideo merito
 expertus contemplatiuus B. Laurentius Iusti-

nianus, enuenerat ea, quae disponunt animam ad
 orationem, tanquam exorabilem reddunt, tertio loco
 ponit occupationes distractivas pro Deo susce-
 ptas: Habituat, inquit, non paruum animum ad ora-
 tionem & contemplationem donum est, quod sum, exercita-
 tio in operibus activa vite. Unde conuenienter qui prius
 in activa vita proficit, bene ad contemplatiuam ascen-
 dit. Et iusto ad illam excolitur, qui in illa vita inue-
 nitur. Vtilis autem sunt aliis omnes, illi qui vel
 in officio Marthae vel in precatione terentia
 Congregationi necessarium ex Dei amore &
 sanctae obedientiae praescripto versantur. Quo-
 circa & nostri idiotae, scilicet Goadiutores ru-
 dios, qui ne legere quidem sciunt, possunt in
 suis distractivis officiis, iudicio etiam S. Macarii
 esse deuotissimi uti & alij. Sacerdotes negoti-
 osi religionis cum externis occupati, dum in
 do sui custodiam habeant. Quae qualis esse de-
 beat scribit in eadem epistola S. Basiliius: Quae
 est, inquit, animae status, anima expiationis auspica-
 tus est, cum nec lingua loquitur, quae ad homines perti-
 nent (scilicet oratio, noua, scitu non necessaria)
 nec oculi colorum vires circumspiciunt in corpora-
 bus, nec continuè accommodatae membrorum propor-
 tiones; cum nec aures anima intentionem elanguescere
 faciunt, auscultandis ipsa modulamentis distenta, ad
 voluptatem sciendam accommodatis, nec facerorum
 hominum ridiculis aut scurrilibus dictis, quae res maxi-
 me comparata est frangenda animae intentioni seu at-
 tentioni. Quippe mens nec extrorsus dissipata, nec in
 mundum per sensoria diffusa, ad sese ipsa redit; moxque
 prope nutu (Diuinam tamen gratiae beneficii, non
 aliter) ad Dei notionem euadit. Quod fit, ut illo decore
 illustratus vidique intellectus, atque supernè illumi-
 natus, natura quoque ipsius obliuione capiatur, nec ad
 cibi iam curam demittat animam, nec ad amicitias an-
 xietatem; quippe qui à terrenarum rerum cura immu-
 nis & seriatas, omne suum studium ad ea bona tra-
 ducat, quae magno certamine quaeruntur. Hinc fit, ut
 rudes & idiotae, nullis literis exculti, saepe maio-
 ra percipiant diuinitus lumina & solatia, quam
 mundanis scientiis ac doctrinis imbuti. Vidi
 homines, inquit B. Marcus eremita; idiotas, opere
 humilia sapientes; & facti sunt sapientiores sapientiu-
 bus. Amor enim ipse, ut docet S. Gregorius, robora
 Dei est, scilicet eam causando, & menti ex se ru-
 di diuinum lumen & sapidam rerum diuina-
 rum scientiam conciliando. Vide S. Bonauenti-
 e, 3. Vitae S. Francisci, ubi scribit de Fratre Aegi-
 dio illiterato, sed mirè deuoto. Eandem colle-
 ctionem animi consecutus fuerat à Deo, sanctae
 memoriae, noster Iohannes Berckmannus, viri
 habitus in eius Vita. Sic S. Catharina Senensis, I. 1. c. 7.
 expulsa à matre ex cella, ad quam orationis vir-
 gratia secedebat, matris iussu ancillarum officia
 domi obiens, mentem cum sponso suo caelesti
 vitam habebat, quia in medijs occupationibus
 & turbis, intra se tanquam cellam mentis, in-
 gressa (quam Deo inspirante spiritualiter intra
 se exerebat) deuotissime orabat. Talem cellam
 cordis

cordis agnovisse & habuisse Davidem obfer-
 uavit S. Ambrosius: David inquit, Propheta docuit
 nos, tanquam in ampla domo, deambulare in corde
 nostris, & conversari cum eo tanquam cum bono con-
 tubernali: ut ipse sibi diceret & loqueretur secum, ut est
 illud: Dixi, custodiam vias meas. Hæc in modo idem
 Ambrosius alibi ait: Cubiculum tuum interiorum
 secretum est, cubiculum tuum conscientia tua est. Ibi et
 ego ora in occulto: Talem cellam etiam commendans S.
 Bernardus ait: Secede, sed mente, non corpore; sed in-
 tentione, sed devotione, sed spiritu &c. sola induitur
 tibi mentis & spiritus solitudo. Solus es, si non commu-
 nia cogites, si non affectus præsentia, si despicias quæ mul-
 ti suspiciunt, si fastidias quæ omnes desiderant, si iurgia
 deus, si damnus non sentias, si non recorderis iniuria-
 rum, atque nec si solus corpore es, solus es. Vides
 posse esse se & solam cum inter multos, & inter multos
 solus es: Et talem collectionem alibi appellat, cu-
 biculum cordis: quo etiam modo appellatur à B.
 Laurentio Iustiniano de casto contubio c. 24. &
 de vitâ solitaria c. 15. Hoc sensu fortasse scripsit
 Clemens Alexandrinus: Homo se ipsum consecra in
 templum. Hoc docuit S. Petrus Chrysologus do-
 cens venire ex se in se: & S. Basilii cap. 6. Constiti-
 monia naturaliter monasterium. Et in psal. 33. vocat
 iordis arcana, & intimum meum consultationis re-
 cessum. Talem cellam Abbas Abraham appellat
 pulchram domum, quam David in corde suo Domino
 capiens exhibere, Domine, inquit, dilexi decorem domus
 tue & locum habitationis gloriæ tuæ. Quod quomo-
 do fiat, docet S. Basilii in illa verba psalmi: Ad-
 orate Dominum in aula sancta eius: Quemad-
 modum, inquit, se adorat quis, & instruit domum
 Domini, templum Dei ve sit; ita & aulam eius; sicut
 atrium, vndique potest cingere seipsum quasi muro
 quodam communiens, vitâ sermone, diuinis cogitatio-
 nibus in seipso adorans Deum: sufficientem in se cum
 habeat & idoneam occasionem exhibenda ei cultura; cum
 ex structura corporis, tum ex moderanda disposi-
 tione virium anihæ. Hoc suadebat alius S. Nilus:
 Quandoquidem domi nostre Ecclesiam, mentem quis-
 que suam habemus, peragere etiam debemus in ipsa Ec-
 clesiâ sacrificia. Et S. Chrysol. Vnicuique sis, potes
 altare tuum constituere: si mentem tantum feruentem
 exhibeas, orationis perfectionem consummaueris. Vbi-
 cumque sis, ora: templum as: ne locum quæras. Et S. Cli-
 macus: Si quis anime lacrymas possedit, huic omnis
 locus aptissimus est ad luctum: quod si solus adhuc exte-
 rioribus occupatur, loca moreq; eligere ac discernere
 non desinat. His similia docet Abbas Isaac apud
 Cassianum, & S. Gregorius Papa. Ita læpenu-
 merò, uti obseruauit S. Macarius, idiota genus sexo
 procedit ad orandum, & ingreditur mens eius delicias,
 ac tantoperè fodit ima, ut effringatur paries vitiorum
 obstitens, & penetret in visionem, & sapientiam, quod
 potentes, sapientes, aut oratores non perueniunt, ut asse-
 quantur aut cognoscant subtilitatem mentis eius, qua
 veritur circa diuina mysteria. Sic de S. Antonino
 Archiepiscopo Florentino scribit in eius vita
 Vincentius Mainardus: Nulla fuit inquam tanta

negotiorum moles, & incurramur in causam imple-
 catio, ut vel tantillam, hominem Deo plenum, retinere
 posses, quàm in sublimi torus specularem celestia rapere-
 tur. Habebat scilicet reconditum quemdam mentis an-
 gulum quem intantum seruabat, ad quem negotiorum
 strepitus & curarum pastoralem anxietas non irre-
 pebat, ut ubi ad actum causis desisteret, eo tanquam
 ad asylum tutissimum, & ab hoc exteriore homine, ad
 eum quem Paulus interiorum appellat, recurreret.
 Respondeo secundò. Quando ex officio no-
 stris, sine culpa nostra, distractiones ortæ, depen-
 dentis suauitatem in oratione adimunt, nil orati-
 onis tibi habent, imò sæpe reddunt non minus
 meritoriam, quàm sit oratio plena suauitatis
 spiritualibus, tum ob luctum, quæ in eis expel-
 lendis suscipitur, tum ob tædium, quod vincit-
 tur, tum ob conformitatem cum diuinâ volun-
 tate, amarum nobis calicem ariditatem propi-
 nantem, tum ob seuerantiam in eâ, quæ ex
 amore Dei retinetur, magis que generosa est &
 heroica, quàm perseverantia in meditatione
 omni consolatione referentissima, ut supra di-
 ctum est. Tales solentur se illo Dei monito,
 quod datum fuit P. Balthazari Aluarez, qui cum
 quereretur amanter coram Deo, ob defectum
 temporis ad orandum, audiuit sibi dici à Domi-
 no: Conquiesce, & satis tibi esse existima, quod vitæ
 operâ tuâ, etiam si non sis mecum. Quæ Dei voce au-
 dita, mansit quietus & lætus. Quæ de re sic scri-
 ptum reliquit B. Laurentius Iustinianus: Cum vi-
 ri sancti spiritualibus exercitiis intenti, nequeant pro-
 hibitu se eleuare ad summa, quippe cum ex carnis pas-
 sibilitate, ex sensuum sensibilibusque vis, ex immundo-
 rum impugnatione spirituum, nec non ex necessitate
 quotidiani vultus, etiam iniuri & reuerentes, deprimantur
 ad ima; hoc, Dei bonitate, illis est præstitum, ut quod
 actualiter non valent exercere in Deum, id propter
 eum sufficiat exhibere in proximo. Nam Deum dili-
 gere & proximum, idem præceptum est, par meritum,
 eadem affectio, equalis finis, quamuis ad hoc peragend-
 um diuersa sint opera. Huc etiam facit solatium
 à S. Climaco datum; obtemperantibus officia distrag-
 ctiva, à Superioribus iniuncta. Ab his, inquit, qui
 obedientia legibus rinunt, orationem sine vilo cogita-
 tionum strepitu non requirit Deus. Noli ergo tristari, si
 dum oras, subtilissimè inimicus irreperit, animig, in-
 tentionem, clam, ut fur, auerterit: sed bono animo esto,
 dum semper lubricam reuocas mentem. Angelo enim
 solu datum est, huiusmodi non patere furibus. Quod
 quidem, cum aliquâ exaggeratione dictum est
 à S. Climaco: nam certum est ex historis Eccle-
 siasticis, aliquot Dei seruos (uti vult noster B.
 Stanislaus Kostka, & alij quos recentius in O-
 pusculo de Oratione perfectâ) per multos dies
 & per multos annos nullis distractionibus in
 multis quotus die horarum meditationibus au-
 nocari solitos à feruenti attentione mentis:
 quamquam etsi auocati fuissent, nil obfuisse.
 O beata obedientia, exclamauit aliquando S. Te-
 rellia, & beata quæ illius causa contingit, distractio-
 num.

Offic. cap. 20
 I. de inst. Virg. c. 1.
 f. 40. C. 5.
 exhort. ad Gentes. retin. 46.
 Coll. 24. cap. 6. Psal. 25.
 Psal. 13.
 in paræ. num. 104. h. 79. ad pop.
 g. 7.
 Coll. 9. cap. 35. l. 22. mor. cap. 18. hom. 15.
 Sur. 2. Maj.

Conf. m. c. 17
 54.
 13. c. 74. p. 96.
 num. 27. c. 1. viz pag. 14. l. de obe- di. c. 18.
 c. 1. Conf. mon.
 num. 34.
 lib. fund. cap. 1.
 l. fund. cap. 1.
 Quo-

Coel. c. 17.
 Quocirca merito S. Basilius praemonuit: Si pro-
 ditiones in publicum aut suscepta propter necessarios &
 communes Fratrum usus itinera impedimento sibi esse
 ad pietatis cultum monachus dicat: ac propterea foras
 exire recuset: nondum ille absoluta obedientia cogni-
 tionem est affectus, neque dum animaduertit, ad hu-
 jusce officii perfectionem, istiusmodi mollius nequa-
 quam solere perueniri. Intueatur proinde in exempla
 sanctorum virorum: consideretq; quomodo virtutem
 hanc perfectissimè illi coluerunt, qui imperatis sibi rebus
 ad conficiendum adeo difficilibus imperium ne vel tan-
 tillum quidem ynquam recusarunt, reluctatiue contra
 sunt: & illorum exemplo eruditus obedientia perfe-
 ctionem condiscat. Porro pro solatio eorum qui
 ad distractiua deputati officia in Dei domo, vel
 alibi, non possunt eam experiri dulcedinem de-
 uotionis, quâ abundant alij, conducet noticia
 reuelationis factæ S. Gertrudi pro quadam per-
 sonâ illiteratâ oranti, que grauabatur pro eo, quod
 sibi videbatur habere impedimentum ab oratione ex
 diuersis curis officij sibi commissi. Vnde cum oraret pro
 eâ, tale à Domino accepit responsum: Ego non elegi eam
 ad hoc, vt tantum vnâ horâ diei mihi seruiat, sed ma-
 gis ad hoc, vt totâ die sine vllâ intermissione mihi ad-
 sistat, vt omnia opera sua, continue ad laudem mihi
 perficiat, eâ intentione, quâ vellet orare. Et insuper hâc
 superaddat deuotionem, vt scilicet in omnibus operibus,
 quibus in officio suo laborat, semper desideret, quod om-
 nes qui videntur laboribus suis, non solum resciantur in
 corpore, sed etiam attrahantur in spiritu ad amorem
 meum, & confortentur in omni bono. Et hoc quoties-
 cumque facit, toties, quasi singula secula operum &
 laborum suorum quadam saporosissimâ salsa mihi
 bene condire videatur.

Denique si ex infirmitate nostræ naturæ &
 subreptione officia distractiua in aliquam nos
 negligentiam inducant nostrâ culpâ, dat so-
 latium S. Basilius: Si perpetuum indefinenter debili-
 tatus, non poteris orare, quantum poteris te ipsum co-
 ge, & constanter consiste coram Deo, animum ad ip-
 sum intantum, & ad seipsum collectum habens, & Deus
 ignoscat ob id, quod non ex contemptu, sed per infirmi-
 tatem, non vales, vt oportebat, coram ipso consistere.
 Quinimodò, non tantum insulcus distractio-
 num contra voluntatem, sine nostrâ culpâ; im-
 missus à dæmone, vel ab aliâ causa, orationis
 fructum non impedit, vt supra ostensum est;
 sed totalis orationis omnis vel ob Superioris
 mandatum, vel ob proximi vrgentem utilita-
 tem, que moram non pariat, suscepta, est sum-
 moperè Deo accepta. Nam vt bene scripsit S.
 Teresa, etsi summè decita præstantissima ora-
 tioni, & perfectissima contemplationi: Per ora-
 tionem nec obedientia exercitum, nec proximi utilitas,
 ad quam caritas nos obligat, impediatur. Nam si vel
 minima harum dicarum virtutum exercendarum, oc-
 casio occurreret, illud ipsum tempus, quod ipsa Deo of-
 ferre tantopere cupimus (vti nos facere putamus, dum
 in solitudine de ipso cogitamus; & us, quibus nos per-
 fundit, delicias gaudere & iucundari gestimus) nobis

subtrahit, sibi hæc deposcit. Isthoc quippe, ob quamcū-
 que harum duarum virtutum exercendarum occasiōē
 relinquere, est Deum ipsam recreare ac delicias perfrun-
 dere, & illius causa facere id, quod ore suo sacrosancto
 olim ipse dixit: Quod vni ex hisce minimis fecistis, mihi
 fecistis. Quod autem ad obedientiam attinet, non aliam
 nos insistere viam vult. Nam quicumque bene eum
 amare cupit, ipsum sequatur oportet, cum ad mortem
 vsque obediens fuerit. Si hac ita se habeant, & vera
 sint, vnde igitur illud prouenit fastidium ac morositas,
 quam plerumque sentimus tunc, cum potissimâ diei
 parte, mente recollectâ in Deum absorpti non fuimus,
 esto interea alis illis rebus fuerimus occupati? Dua
 sunt huius rei cause. Prima eaq; potissima est amor
 proprius, qui hic adeo subtiliter sese insinuat & inter-
 miscet, vix vt percipi possit: quod scilicet potius nobis
 ipsi, quam Deo placere velimus. Certum namq; est, a-
 nima cupiam, postquam gustare iam incipit quàm
 suauis sit Dominus, magis iucundum & volupe esse, vt
 corpus quietum & laboris expertis maneat; ipsa verò in-
 terea delicias perfruatur. O caritas eorum, qui Domi-
 num hunc verè sincereq; amant! nolunt hæc frui quiete,
 se se saltem parum, vel aliquo modo cooperaturos
 sperant, vt vel vna tantum anima in spiritu proficiat,
 Deumq; magis amet, vt vel aliqua ei consolatio adfer-
 ratur, aut ab aliquo periculo ea eripiat. Et quando
 factis & operè nihil prestare possunt, (vti sunt ere-
 mitæ & moniales) relicta illâ dulcedine con-
 templationis, saltem per orationes (sulas pro alijs)
 id facere procurant, compatiendo ruina illarum ani-
 marum, & gaudento quod delicias contemplationis ta-
 reant: & hanc iacturam dicunt vt lucrosam, quod
 propriorum gaudiorum oblit, aliud non spectent, quàm
 quomodo Domini voluntatem magis & melius exse-
 quantur, qui mandauit vnicuique de proximo suo. Eccl. 17.
 dem quoque modo se res habet in obedientiâ &c. Et esto
 Superior ipse eam curam non habeat, vt suos conducatur
 per vias, per quas anima maius lucrum faciat, sed tan-
 tum vt executioni mandentur, que communitati ne-
 cessaria esse & expedire indicat, tu tamen Deus meus,
 curam illius anima habes, & res agendas ita disponis,
 vt anima se & spiritum habere, & magnum profe-
 ctum fecisse comperiant, huiusmodi mandatis fideliter
 obediendo, ipsaq; postmodum non parum id obtinuerint,
 non intelligentes vnde id prouenerit &c. Itaque cum
 vos obedientia rebus exterioribus intendere, & vos to-
 tas impendere iusserit, persuasum habetote, Dominum
 etiam in culminâ medias inter ollas & lebetes vobis ad-
 esse, ac tum internè tum externè cooperari. Ad dit pre-
 terea, deserendo orationem & solitudinem,
 disponi animam ad perfectam contemplationem
 & vnionem cum Deo, tanquam præmium
 caritatis ac derelictionis orationum, ex obe-
 dientiâ susceptæ. Equidem, inquit, dico vobis, non
 idèd quia eâ careatis, minis vos disponendas ad veram
 illam vnionem, quam diximus, obtinendam, que in eo
 sita est, vt voluntas mea cum Diuinâ conformetur &
 vna sit. Hac nempe est vno, quam desidero, quamque
 vos omnes habere vellem: non verò quâdam sapidas
 admodum absorptiones, quibus vnionis nomen nonnullis
 dedit.

dederunt. Et hac etiam vno erit, dummodo sequatur post eam, quam dixi. At si post suspensionem illam, modicam sit inuenire obedientiam, & propria adhuc super sit voluntas, erit hac cum amore suspensus proprio, & non cum Diuina voluntate vnita. Et in fine capituli, hoc ipsum efficacius proponit: *Mibi*, inquit, *eredite*, non ex multis horis & longo tempore, quod orationi impendatur, anime ex ea lucrum accedens, quando aut Superioris iussio, aut erga proximum caritas ad alia eam opera vocarit, aut ipsam obedientia caritatisue operibus accuratè intendere iusserit: hac enim mirè inuuant, vt quàm breuissimo temporis spatio, melius disposita reddatur, ad amorem suum accendendum, quàm si illis deficientibus, multas horas, multumque temporis, considerationi impenderet. Confirmat hanc veritatem præclara historia relata à P. Antonio de Balinghem de Clemente Caponio Ord. S. Dominici laico, qui licet nobilissimus esset, tamen *Martha & fratris laici* forte contentus vixit. *Delectabatur* omnibus vltioribus ministeriis: vnde *Christus Dominus* humilitatis magister, & *Angeli* illius virtutis amantes, frequenter ei apparuerunt. Aliquando in hisce exercitiis plus solito occupatus, cum ante horam prandij pensum orationis absolueri nequiuisset, ipse ceteris prandentibus coram imagine *B. V. MARIE* orationibus absoluenis incumberebat. Ibi verò ab eadem imagine vocem delapsam audit, quâ monetur vt in refectorium iret, ceteris Fratribus se conformaret; pergrasam sibi fore illius bonam voluntatem, quando in officii caritatis, præsertim iussu maiorum, occupatus, pensum deuotionis completere non potuisset. Satis ei esse temporis ad illud à prandio complendum.

CAPVT DECIMVM.

Preparatio punctorum meditando rum neglecta, solet esse causa ariditatum.

56. **Q**uarta negligentia, & immediata est, quando non præuisis, nec benè præparatis punctis, ponderandis in meditatione, ad eam ita imparati accedimus, contra monitum Spiritus sancti: *Ante orationem prepara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum.*

Tentat autem Deum, iudicio S. Thomæ, & S. Bonauenturæ, qui ad orandum se confert sine præparatione. *Accedere volentes coram terreno Rege, prius debent se ita disponere*, inquit B. Laurentius Iustinianus, vt nil aut habitu aut verbo incompositum sit, quod Principis animo displiceat: multò magis id perficere debent cupientes astare ante hominum & Angelorum Regem. *Certum est*, inquit S. Teresa, tam impræmeditatos, & imparatos nos ad loquendum cum Principe quopiam ire non debere, ac dum rusticum aliquem alloqui oportet. *Quantò magis*, dum alloquendus est Rex Regum, & Dominus dominantium: *Quicumque Regi nostro assistere & colloqui proficiscimur*, inquit S. Ioannes Climacus, *non imparati cursum hunc faciamus, ne forte nos ab-*

que armis & stola regio dignâ conspectu, à longè nos conspiciens, ministris & famulis iubeat, vt vinclos nos longè à facie suâ in exitum mittant, negligentesq; & interruptas orationes nostras, in faciem nobis exhibent. Hoc ne contingeret, S. P. N. Ignatius, nos in libro Exercitiorum præmonuit, de præparandis aliquot punctis, pro singulis meditationibus, prout & ipse singulis certa puncta in libro Exercitiorum præscripsit. Hinc S. Carolus Borromæus, etiam magno esset dono orationis præditus, dum Exercitia S. P. Ignatii bis quotannis faceret, vel facta loca visitaret, dati sibi ab vno è Societate nostrâ puncta meditationis pro singulis horis meditationum volebat, teste Giussano eius domestico. Prælato in illius vitâ, Eodem modo eius familiaris quotidie pridie post examen conscientie vespertinum puncta meditationis in sacello domestico legebantur eius iussu. b. Similiter ipsi hospitibus, Cardinalibus, Episcopis & Prelatis, aliisque secularibus quos in suo palatio recipiebat (quorum aliquando erant 30. & 40.) iubebat quolibet vespere legi puncta meditationis. Et dum celebraret synodos prouinciales, præsentibus Episcopis eius Suffraganeis, quotidie vespere in eius sacello, puncta orationis mentalis legi curabat. d. Tempore verò pestis, populo ad templa conuocato, eius iussu eadem legebantur. e. Et ipse ea quandoque suis legebat. f. Et post eius mortem, inuenta sunt tria vel quatuor volumina punctorum meditationis ab eo collectorum, pro oratione mentali, quæ nunc conferuntur, tanquam sacre reliquie in Bibliothecâ Ecclesiæ Mediolanensis vti scribit idem Giussanus. g. Sic admirabilis sanctitatis virgo B. Maria Magdalena de Pazzis (viti scribit in eius vitâ P. Virgilius Ceparius.) quotidie mane ipsamet dabat puncta meditationis illis virginibus, quas in Nouitiatu excolebat. Idem faciebat S. Teresa, legendo quemdam spirituales librum, ex quo puncta meditanda decerpebat, antequam accepisset excessum orationis à Domino donum, ad quod postea eleuata fuit. Et ita in Itinere perfectionis scribit: *Plus quàm quatuordecim ipsa annos sui, quod ne quidem meditationum exercere poterim, nisi simul in libro legerem. Erunt & multi alij huius conditionis & genij: alij quoque, qui esto in libro legant, meditari tamen non possunt, sed tantum vocaliter orare, & in hoc adhuc subinde hærent, nec vterim progrediuntur. Etenim nonnulli tam agiles cogitationes habent, vt nulla in re hærent & se decernere queant, sed semper inquieti sunt, & ita quidem, vt si suam colere cogitationem velint ad cogitandum de Deo, mox illa ad sexcentas nugas, scrupulos & dubitationes procurrat. Nonni quamdã annis grauem, & sanctam (& facit Deus, vt mea vita, illius vice par esse possit) que multas subibat austeritates, insignisq; Dei ancilla erat, ad hac per multas horas, quin & annos, in oratione vocali impendit, ad orationem verò mentalem, nullatenus pertingere potest: ad summum hoc præstare potest, quod se*

Ephem.
B. V. pag.
540. Sept.
17. n. 4.

Eccle. 8. 23.
Th. 2. 2.
q. 97. a. 3.
ad 1. B. in
Reg. No-
uit. c. 1.
lign. vii.
de orat.
cap. 3.

Iti. perf.
cap. 11.

cap. 18.

37.

An. 1. 11

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

paulatim affusaciō, v. se in vocali detineat. Huius conditioni & alios plures reperire est. & si quamdam humilitatem habuerint, credo fore, vt hi ad finem non minus lucrati fuerint, sed fortasse aquē multum atque illi, qui magnis consolationibus fruuntur: & longē ex parte securiores sunt. Nescimus enim, an he suauitates de Des sint, an verd à demōne cauentur. Alij verd, qui nullam suauitatem aut gustus accipiunt, in humilitate ambulanti, verenturq; ne suā culpā gustibus careant, & vt progrediantur ulterius, semper sunt solliciti: & dum alium vident vel vnam effundentem lacrymam, quā ipsi carent, statim se in obsequio Dei putant in postremū hereticū tamen fieri possit, vt longē illo anteriores sint. Lacrymē enim tametsi bone sint, non sunt tamen per omnia perfecta. In humilitate verd, mortificatione, abnegatione, alijsq; virtutibus, semper plus securitatis consistit. Quocirca non est quod timeatis, quasi non iam bene ad perfectionem peruentura sitis, ac qui valdē contemplatiui sunt. Martha sancta erat, et si non legatur fuisse dedita contemplationi. Quid ergo amplius vultis, quā vt huic sancte virgini, quae Christum Saluatorem nostrum toties in domum suam suscipere, & cibare, ei seruire, vnaq; cum eo mensa absidere meruit, similes esse possitis? Si semper vti Magdalena, illa in raptu fuisse absorpta, nullus fuisse qui diuinum hunc conuinam mensa suā excepisset.

Hec S. Teresa, & plura alia in eundem sensum scripsit. Relinquamus ergo Deo, vt nos illā ducat viā in oratione, quā illi placeat: dum modō nos ex parte nostrā id præstemus quod debemus, præsertim, vt ad meditationem accedamus bene præparatā materiā. More mercatorum lucrum querentium, inquit S. Macarius, anima nostra variē nec non artificiosē preparanda est, quod verum ac magnum lucrum consequamur, nempe Deum, qui docet nos in veritate precari. Hoc enim pacto requiescit Dominus in bono anima proposito constituens illam thronum gloria, insidens & conuiescens in eā. Quocirca cum Cassianus colloquens cum Abbate Sereno, inculasset suā instabilitatem mentis, & ettagationes, quas orationis tempore patiebatur, idque non suo sed naturæ vitio attribueret, Abbas Serenus id referans, primum huic malo dat remedium, præparationem materiæ meditandæ. Mens, inquit, nostra pro conditione naturæ, nunquam potest otiosa consistere, sed necesse est eam, nisi prouisum habuerit, vbi suos exerceat motus, & in quibus iugiter occupetur, propria mobilitate discurrere, & per omnia volitare, donec longa exercitio vsuq; assuefacta diuturno, experiat & discat, quas memorie sue materias debeat preparare, erga quas circumagat indefessos volatus, & immorando robur acquirat, & ita præualeat aduersas inimicæ suggestiones, quibus distrahebatur, extrudere, atque in illo, quem desiderat, statu & qualitate durare. Quam ad rem facit præclara illa S. Bernardi doctrina: Qualem te paraueris Deo, talis oportet appareat tibi Deus. Cum sancto sanctus eris, cum amante amans, cum vacante vacans, cum intento inuentus, & sollicitus cum sollicito. Denique ait: Ego diligentes me diligo & qui mane vigilaue-

rim ad me, inuenient me. Vides quomodo non solum de amore suo certam te reddat, si quidem tu ames illum, sed etiam de sollicitudine suā, quam pro te gerit, se te senserit sollicitum suū. Vigila tu vigila & ille. Accelera quantum vis etiam ipsas anticipare vigilas, inuenies eum, non præuenies. Certum autem signum est, sollicitudinis de bene colendo per orationem, & in oratione Deo, quod ad illam se præparans, materiam in puncta bene dispositam ante meditationem habeat.

Hanc ipsam præparationem materiæ in rebus alijs, suadet Cicero: In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Quod si hoc in secularibus rebus, quanto magis in spiritualibus faciendum est, & maxime ante orationem, quam naturā solius viribus peragere bene nemo potest. Nam teste Apostolo: Quid breuius, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, hoc est, postulare facit; vt explicat S. Augustinus, a S. Gregorius b & alij: Omnium autem optima præparatio est, per lectionem verborum (præsertim sacræ Scripturæ) meditandum; quia, vt bene ait S. Basilus, Orationes lectionibus succedentes, recentiores vegetioresq; animum accipiunt, vixote desiderio iam flagrantem. Sic S. Bernardus: Lectio, inquit, quasi solidum cibum ori apponit, meditatio mastica & frangit: oratio saporem acquirit, contemplatō est ipsa dulcedo, quæ iucundat & reficit. Et scribens ad Sororem ait: Lectio nos ad orationem instruit. Huius præparationis necessitatem apte explicat etiam Abbas Moses, apud Cassianum, exemplo molæ aquatix. Hoc, inquit, orationis exercitium, non incongruē molarum similitudini comparatur, quæ meatus aquarum præcepit impetu rotante prouoluit. Quæ nullatenus quidem cessare possunt ab opere suo, aquarum impulsibus circumactæ, in eius vero qui præest situm est potestate, vtrum iam criticum mallet, an hordeum soliumue comminui. Illud quippe est procul dubio commolendum, quod ingestum ab illo fuerit, cui operis illius cura commissæ est. Ita igitur etiam mens per vira præsentis incurtus, vndique ingrue-ribus tentationum torrentibus circumacta, vacua quidem cogitationum æstibus esse non poterit; quales verd vel admittere, vel parare sibi debeat, studij ac diligentie sue prouidebit industria. Si enim, vt diximus, ad sanctarum meditationem Scripturarum iugiter recurramus, ac memoriam nostram ad recordationem spiritualium rerum, & desiderium perfectionis, spemq; futura beatitudinis, erigamus; necesse est, vt orta cogitationes exinde spirituales, in his quæ meditati sumus mentem faciant immorari. Sin verd desidia, seu negligentia superati, vitii & otiosis confabulationibus occupemur, seu curis mundanis, & superfluis sollicitudinibus implicemur, consequenter exinde, velut quadam zizaniorum species generata, operationem quoque nostro cordi noxiam ministrabit: & secundam sententiam Domini Saluatoris, vbi fuerit thesaurus operum, seu intentionis nostræ, ibi & cor nostrum necessariō permanebit.

Porrò

Porro hæc monita de præparandis punctis, non tantum titonibus, sed etiam prouectis in orationis exercitio, necessaria sunt. Solent enim non raro etiam dono orationis præditi, non præparatis punctis ad meditandum accedentes, in meditatione huc illucque vagari, sine fructu oratio meditationis, & ut ait apud Cassianum Abbas Germanus, mente errabunda semper & velus ebrâ, per diuersa iactari, & ne illud quidem, quod casu potius quam industria sibi occurrerit, spirituale, diu ac firmiter tenere, dum aliud ex alio semper recipiens, sicut introitus eorum atque principia, ita etiam finem discessumque, non sentiunt.

Coll. 10. cap. 8.

CAPVT VNDECIMVM.

Mentis & sensuum euagatio præcedens meditationem, & in ipsa meditatione accersit ariditates.

58.

fig. vit. de ora. cap. 3.

cap. 14.

Quinta negligentia, etiam immediata est, quando post puncta, pridie & mane, bene & ordinatè præparata, sinitur vagari per ineptas cogitationes mens, vel confabulationibus, & aliis sensuum euagationibus distrahi, & non collecta meditationem aggreditur. Ad proximam orationis præparationem pertinet, inquit B. Laurentius Iustinianus, ut animus ab exterioribus ad interiora reuocetur. Sensuum enim & membrorum oblectationes inordinatè, sensum deuotionis & imminuunt & extinguunt; & ut is acquiratur, illas vel extinguere vel saltem attenuare necesse est, iudicio S. Diadochi: Sicut, inquit, ad ea qua nobis pulchra videntur, sensus corporis nos quodammodò per vim incitant; sic ad ea bona, qua non cadunt sub aspectum, sensus mentis nos solet deducere, quando Diuinam bonitatem degustarit. Vnumquodque enim sibi cognatum & congenuum omnino appetit: anima quidem, ut exers corporis: celestia bona; corpus vero, ut è terrâ terrenas voluptates, (circa quas sensus nostri, dum vagari sinuntur, se occupât.) Ad experientiam igitur illius sensus (scilicet deuotionis internæ) qui est materia & concretiois exers, venimus sine errore, si materiam corporis laboribus attenuauerimus; id est, mortificatione sensuum corporeorum, & auulsione mentis ab euagationibus, ac conuersione, ad ponderandam materiam rerum diuinarum.

in Pl. 33.

in Pl. 32.

Idèò benè ait S. Basilus: Secedere oportet ab istius mundi rebus, & neque per oculos, neque per aures aut alios sensus, alienas in animam cogitationes introducere. Quæ enim ex superbiâ carnis coaruantur aduersus animam & insurgunt bella, internum hominem complent obstrepèdò prorsus & irrequieto tumultu, nec unquam conciliandâ seditione. Pulchrè hoc similitudine idem S. Basilus alio in loco declarauerat: Necessarium est, inquit, si consilium Dei stabile ac firmum in animis nostris consistere debeat, ut primum humanæ cogitationes in nobis dissipentur. Quæ admo-

dum enim in cerâ scripturus aliquid, eant prius interlineat, inductis literis, dem quas vult imprimi formas, sic item cor nostrum, quod Diuina sit lucidè & perspicuè suscepturum eloquia, purum prius liberumque, omnis contrariæ cogitationis reddi oportebit. Si te semper exerceas, inquit S. Climacus, ut mens tua nunquam longius euagetur, etiam in ipsa mensse appositione propè te erit: sin autem effrenu liberè vagabitur, nunquam tecum permanere poterit.

Hanc ob causam S. P. N. Ignatius, in libello Add. 1. 1. Exercitiorum præscripsit aliquot monita hæc de te, nimirum, ut ante somnum, cubando in lecto cogitemus de horâ quâ surgendum erit, & de exercitio faciendo. Deinde, ut experges facti statim exclusis omnibus aliis cogitationibus, animam ad illud applicemus, quod contemplaturi sumus. Præterea, ut à loco futura meditationis, vno vel gemino adhuc passu distantes, animo rursus eleuato consideremus Dominum Iesum, ut præsentem & spectantem, quid acturi simus. Idèò monet S. Basilus: Omni custodia custodiendum cor nostrum, neque patiendum, ut assidua de Deo cogitatio ex animis nostris elabatur, & agendum assidue, ut ex purissima, ac perpetua recordatione, impressam in animis nostris, piam de Deo cogitationem, velut indelebile aliquod signum, circumferamus. Ad quod plurimum conferre, etiam lectionem piorum librorum frequentem, & integram meditationem, item ruminatorem quandam scripturarum, ait sæpè citatus Abbas Moses apud Cassianum. Et de contrariis, valdè nocere, immediatas confabulationes otiosas, ait ibidem: Remanet enim in animâ nostrâ, ex actuali præteritâ cogitatione de Deo, quædam prompitudinosa, per modum cuiusdam habitus, ad vniendum cor Deo, & ad illos deuotionis affectus, qui non dant locum ariditatibus & molestiis distractionum inuoluntariarum. Hinc benè obseruauit S. Thomas, etiam Prophetis ipsis, non tantum ordinatis hominibus, id prodelle: Sicut, inquit, in rebus corporalibus, abeunte passione, remanet quædam habitus, ad hoc quod iterum patitur, sicut lignum semel inflammatum, facilius iterum inflammatur; ita & in intellectu Propheta, cessante actuali illustratione remanet quædam habitus ad hoc quod facilius postea iteratè illustratur. Sicut etiam mens semel ad deuotionem excitata, facilius postmodum ad deuotionem pristinam reuocatur. Propter quod S. Augustinus dicit, esse necessarias crebras orationes, ne concepta deuotio totaliter extinguatur. Hæc S. Thomas. Pulchrè hoc explicat S. Macarius: Quem admodum ignis circa vas aneum exterius appositus, si subieceris ligna, accenditur, & quod intra vas est, coarquitur & seruet, igne extrinsecus accenso, si minus ligna submittas, incipit ignis tepescere, & propemodum extinguatur; ad hunc modum gratia, quæ est ignis celestis, intra te est: postmodum si precatus fueris, & contuleris cogitationes tuas ad diligendum Christum, quodammodò ligna subiecisti: & cogitationes tuas conuertuntur in ignem & desiderio Dei tinguntur. At per d, si quis ignauâ laborans, paulatim rebus secularibus & occupationibus se ipsum tradat, demum vitium accendit.

Coll. 1. cap. 14.

folioq. ca. 11.

Reg. fol. 1.

6. præfat. Vitam Chast.

Coll. 1. cap. 17.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

accedit, & completur animam, totumque hominem incipit affligere. Iterum intendit anima in Deum, & prior quies illi incipit appropinquare: vehementius incipit inquirere. Deprecor te Domine ait paulatim ad dicitur ei ignis accendens & recreans animam: ac velut hamus e profundo piscem paulatim extrahit. Non latet ergo bene preparasse puncta pridie, ad ariditatem arceendam, sed opus est immediate ante meditationem mentem habere collectam, & per pijs cogitationibus dispositam ad meditando deuote: quia, vt bene ait Abbas Isaac apud Cassianum, Quales orantes volumus inueniri, tales nos esse oportet ante tempus orandi. Necessesse enim mentem in tempore supplicationis sue, de statu precedenti formari, illisq; eam cogitationibus orantem, vel ad celestia sublimari, vel ad terrena demergi, quibus ante orationem fuerit immorata. Quocirca dicamus cum S. Bernardo ante meditationem nostram: Cura solitudines, anxietates, labores, pœna, seruitutis expectat et me hic cum asino corpore isto, donec ego cum puero, ratio cum intelligentia, vsque illuc properantes, postquam adorauerimus, reuertamur ad vos. Reuertemur enim. Et heu quam cito!

Et hac de causa S. P. N. Ignatius, etsi esset raro orationis & contemplationis dono præditus, tamen colligebat mentem sedulo ante suam meditationem: vnde (vt scribit P. Bartholomæus Riccius) quoties de Christi mysterijs meditaturus erat, paulò ante orationem, similes imagines inspiciebat, quas in tabulâ propè cubiculum expolitas & appensas habebat ad eum finem. Vidi ego has imagines adhuc anno 1593, appensas muro extimo illius cubiculi, in quo S. P. meditari solebat. Et hæc fuit occasio, quòd P. Hieronymus Natalis, per Iacobum Ximenez Societatis Secretarium, procurauerit incidi aereis laminis omnia Christi Domini vitæ mysteria, & imprimi Antuerpiæ, vt eorum aspectus ante meditationem auget collectionem mentis, ac disponderet ad orandum attentè & feruenter, & ad arcendas mentis ariditates.

Et quod mirabilius est, etsi S. P. Ignatius ad eò esset collecto animo, vt quoties vellet & quocumque tempore, haberet mentem Deo unitam, vt scribit de eo P. Confaluis; & in rebus diuinis haberes se passiuè magis, quàm actiue, & orans, nullo strepitu, si sine culpa eius accidisset, turbaretur, eiusq; deuotionis cursum nulla externa occupationes retardarent, tamen, vt de eo scriptum reliquit in Diario idem P. Confaluis, colligebat se & prius preparabat paululim, etiam dum mensa erat benedicturus: idq; in more habebat, in omnibus rebus, ad cultum Dei spectantibus. Quantò ergo magis nos, si velimus sine ariditate orare, reuocemus ante meditationem cogitationes à rebus alienis, ad Deum non spectantibus, & sensus ab eorum euagationibus, & mente collectam puncta pia meditanda repetamus! Nam, vt ait S. Basilus, quatenus is rebus vacamus, quæ alienæ sunt à Deo, Dei

notitiam recipere nequaquam valeamus. Quis enim eorum que mundi sunt sollicitus, seque immergens omnimoda distractioni carnis, attendere possit verbis Dei, factisue facere tot tantarumq; contemplationum exacte comprehensionem? Nonne vides quòd in spinas delapsum verbum à spinis suffocatur? spine namque cura sunt seculi huius. Extra hæc omnia opus est constitutum esse, eum qui cognitionem Dei desiderat, debetq; ab omnibus perturbationibus atque affectibus vitiosis vacare sic demum Dei scientiam apprehendere. Quomodo enim animam tot aded, que ipsam præoccuparunt, distractionibus cogitationum oppressam, Dei cognitio cogitationibus penetrabit? Nouit hoc & Pharaos, proprium esse hoc liberiore otio fruuentium, vt Deum inquirant. Atque id eò approbat Israhel, dicens: Vacatis, otiosi estis, ac idè dicitis: Dominum Deum nostrum adorabimus. Ipsa igitur vacatio bona vacanti atque vtilis, quietem ac salutarium, doctrinarum generans susceptionem. Vnde meritò monet & S. Bernardus: Sede solitarius sicut curtur, nihil tibi & turbis, nihil cum multitudinè caterorum: etiam ipsam obliuiscere populum, & domum Patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. O sancta anima sola esto, vt soli omnium serues te ipsam, quem ex omnibus tibi elegisti. Fuge publicum, fuge & ipsos domesticos: secede ab amicis & inimicis, & ab illo qui tibi ministrat. An nescis te verendum habere sponsum? & qui nequaquam suam velit tibi indulgere præsentiam, presentibus ceteris? Quibus verbis S. Bernardus haud intendit, persuadere nobis, vt in eremum secedamus, loquitur enim suis, quos sanè nolebat eremicolas: verùm vnicam commendat fugam illarum conuersationum, quæ mentem dissipant, & distrahunt, ne possit collecta, & sibi præsens, ad tractandum cum Deo, in oratione accedere: & monet, vt intra mentem nostram, habeamus cellam quamdam, intra quam, nostras includamus cogitationes, & circa diuina consideranda, occupemus: quod in medijs turbis & occupationibus facere possemus; vt, Deo inspirante, fecit S. Catharina Senensis, simul vitia domus obiens officia. Vel certè, vt monet S. Teresa tradens doctrinam de oratione recollectionis: Credamus esse intra nos ipsos, quoddam maxima opulentiæ palatium, cuius tota fabrica, ex auro & pretiosissimis gemmis est constituta, & in rebus diuinis haberes se passiuè magis, quàm actiue, & orans, nullo strepitu, si sine culpa eius accidisset, turbaretur, eiusq; deuotionis cursum nulla externa occupationes retardarent, tamen, vt de eo scriptum reliquit in Diario idem P. Confaluis, colligebat se & prius preparabat paululim, etiam dum mensa erat benedicturus: idq; in more habebat, in omnibus rebus, ad cultum Dei spectantibus. Quantò ergo magis nos, si velimus sine ariditate orare, reuocemus ante meditationem cogitationes à rebus alienis, ad Deum non spectantibus, & sensus ab eorum euagationibus, & mente collectam puncta pia meditanda repetamus! Nam, vt ait S. Basilus, quatenus is rebus vacamus, quæ alienæ sunt à Deo, Dei

modo anima tota penitus deuoteatur Domino, postulationi & caritati, que non uagetur, neque circumferatur cogitationibus, & spem in Christo collocatam habeat. Tunc illucescet ille, ueramq; docebit petendi rationem, & suppeditabit orationem puram, spiritalem, & Deo dignam, & que sit in spiritu & ueritate, adorationem. Quocirca, ut monet S. Iohannes Climacus, Certa tota animi intentione, mentemq; semper inquietam ac uagam, infatigabiliter contine, te ipsum ad te ipsum colligens. Hæc porro collectio fit in cella conscientia. Alia cella tua exterior, inquit S. Bernardus, alia interior. Exterior est domus in qua habitat anima tua cum corpore tuo. Interior est conscientia tua, quam inhabitare debet omnium interiorum tuorum interior Deus, cum Spiritu suo. Dilige ergo interiorem cellam tuam, dilige exteriorem, uincuique suum impende cultum.

64. Sexta negligentia immediata, est negligens vel sensuum vel mentis custodia, in ipso decursu nostræ orationis. Nam si hæc negligentia adfit, præteritæ præparationes non sufficiunt. Multis minutissimis, & contemptibilibus rebus, curiositas nostra quotidie tentatur, inquit S. Augustinus; & quam sæpe labamur, quis enumeret? Et tandem cum in huiusmodi rebus conceptaculum sit cor nostrum, & portet copiose uanitati cateruas, hinc & orationes nostra sæpe interrumpuntur atque turbantur. Lux est mentis & anima cum studio sua oratio, inquit S. Chrysostomus, lux inextincta & perennis. Propterea innumeris nostris mentibus cogitationum sordes diabolus iniicit, & qua nunquam cogitauimus, hæc collecta tempore orationis in animam nostram infundit. Et quemadmodum venti sæpenumerò ex aduerso ingruentes, accensum ignem lucernæ statu diuenticulatum extinguunt, sic & diabolus, cum in nobis accensam orationis flammam uiderit, innumeris nos sollicitudinibus hinc inde perflato, non prius finit quiescere, quam lucem extinxerit. Sed quod illi faciunt, qui lucernas illas accendunt, nos quoque faciamus. Quid illi uero faciunt? Cum uehementem ingruere ventum uident, imposito digito lucernæ foramini, spiritui aditum intercludunt. Quamdiu siquidem exterius impetum faciet, resistere ualebimus; ubi uero mentis illi fores aperuerimus, & inimicum intus admiserimus, tum non amplius ne minimum quidem resistere possumus: sed memoria nostra uindiq; extincta, inania uerba finit os nostrum effundere. Verum ut illi lucernæ foramini digitum imponunt, ita nos rationem menti præficiamus, maligno spiritui aditum intercludamus, ne orationis nostre lumen extinguat. Ut ergo & hæc longè absit negligentia, iubet S. P. N. Ignatius, ut aggressuri meditationem cogitent præsentem & spectantem Dominum IESVM: qui enim hoc penetrat, benè custodiet mentem & sensus, & ariditas vel non erit, vel non nocebit ei. Hinc benè S. Chrysostomus monet: Homines aliquos allocuturi, qui sunt nobis superiores, & habitum & incessum, & amictum, & omnia componimus: ad Deum accedentes hiamus, fricamus nos, huc & illuc uersamus, negligentes & socordes sumus, humi genibus flexis, per so-

rum oberramus. Et subdit: Quando ad Deum accedimus, id existimemus theatrum ex uniuerso orbe terrarum, uel potius ex populis celestibus, collectum, & Regem in medio sedere, qui uult nostram audire orationem. Nullus sit circulator, nullus liricen, qui ita se exerceat, scenam ingressurus, timens ne quid insuauè & inconcinne canat, ut ingressuri theatrum Angelorum. Si ergo ita orabimus, non erimus obnoxij huic certillimam, ut autem illam fugiamus, sit semper menti nostræ impressum illud eiusdem uerè aurei oris S. Chrysostomi monitum plus quam aureum: Maiore studio deberemus curam agere diuini cultus, quam uite nostræ. Quando uero aduertimus nos auocari ab attentione, importunis cogitationibus, opponendum est illis illud melliflui Bernardi melleum monitum: Ne à memoria repellat Deum, irruens turba plurimarum cogitationum, que solent effluere tamquam uilis plebs in atrium, ponatur ad eius portam ianitor, cuius nomen est Recordatio propria professionis: Et cum illis sese cogitationibus, senserit animus prægrauari, increpet se, & dicat sibi: Tunc hæc debes cogitare, qui Sacerdos es, qui Clericus es, qui monachus es? Cultor iustitia debet quicquam in se iniquum admittere: Quocirca cum hæc sint impedimenta orationis deuotæ, ariditates excludentis, uitanda sunt. Quemadmodum enim qui terram colit, inquit B. Laurentius Iustinianus, solenter sentes debet eradicare, ut ueriores ualeat colligere fructus; ita qui concupiscit dulcedinem deuotionis in oratione gustare, summoperè studeat ipsius impedimenta declinare: quia in casum currit ad portum orationis, quisquis illi aduersantia, non tota intentione refugit. De cæcis igitur morbis, eorumque scaturigine multiplici, remediis præscribendis nunc operam demus.

CAPVT DVODECIMVM.

De Remedijs contra ariditates, datis ab antiquis Patribus.

PRæter ea, quæ in decursu capitum præcedentium insinuatæ sunt remedia, proderunt etiam ea, quæ hic recensabo.

Primo faciendum, quod suadet S. Macarius. Agricola peritis (præ multâ consuetudine) cum uertat h. 16. est amona, non planè curâ uacant, sed postea famem & sterilitatem expectant, nec è diuerso ualde desperant, cum fame aut sterilitate premuntur, eò quod uicissitudinem probè norunt. Sic est in re spirituali; cum in uarijs tentationes incidit anima, non sit attonita, nec desperet, quia nouit ex permissione se relictam esse, ut probaretur, & erudiretur à malo: nec uicissim, quando diuitijs multis, & quiete fruatur, sollicitudine caret, sed mutationem expectat.

In primis iuuat ad obtinendam deuotionis gratiam ab ariditatibus liberam, si dum datur lignum inchoanda orationis, cum magnâ celebritate

gr. 4. col. 15.

de uita sol. col. 11.

l. 9. Confess. c. 35.

de peccatis non euulgandis.

Addit. 3.

65. in Pf. 4.

70. ritate & promptitudine mentis & corporis, ea
 inchoetur ex magno affectu erga Deum & san-
 ctam Obedientiam, id tunc praescribentem. *Vidi*
 quosdam, inquit S. Ioannes Climacus, obedientiam
 virtute fulgentes. Deig, memoriam pro viribus non ne-
 gligentes, prompte ad orationis studium accurrere,
 mentemque suam citò colligere, lacrymasque fontium
 in morem profundere. Et cautam hanc celeris de-
 uotionis sensibilibus fuisse ait: Erant enim preparati
 per sanctam obedientiam. Itaque cessandum est ab
 omni alio opere, dum hora orationis audita est.
 Nā, ut ibidem ait S. Climacus, qui quolibet opus
 incipit, & orationis tempore adueniente, adhuc in illo
 moratur, a demonibus illudatur. Intentio namque futu-
 ribus est, horam per horam à nobis furari.

71. Aliud quoque medium ad deuotionis cōti-
 sequendam gratiam ibidem tradit S. Climacus:
 Misericors esto vehementer, si oratio reuera tibi cordi
 est. In ipsa enim contemptum accipient monachi, & quod
 sequitur in futuro. Et alio in loco eadem habet
 contra ariditates antidota, quibus suadet con-
 tra accediam uti: Vincatur, inquit hic tyrannus à
 peccatorum memoria, cedatur ab opere manuum, trā-
 hatur à futurorum bonorum intentā cogitatione. Et
 subdit: In his qui verè obediētes sunt, non habere, ubi
 caput reclinet.

72. Abbas autem Serenus apud Cassianum cūm
 Col. 7. differuisset de naturali mentis volubilitate &
 cap. 4. euagatione, eam ait non cellaturam, donec longo
 exercitio, vsuq; assuescā diuturno, experietur & dis-
 cat, quas memoriae suae materias debeat preparare, er-
 ga quas circumspiciat indefessos volatus, & immorando
 robur acquirat, & ita praeualeat aduersus inimici sug-
 gessiones, quibus distrahebatur, extrudere, atque in illo
 quem desiderat, statu & qualitate durare.

73. Et Abbas Isaac, Quis, inquit, possit diuersitates
 Col. 9. & causas ipsas, atque origines compunctionum, quan-
 talibet experientia praeditus, sufficienter exponere, quibus
 cap. 6. inflammata mens atque succensa, ad orationes puras
 & seruentissimas incitatur! Nonnumquam enim psal-
 mi cuiuscumque versiculus occasionem orationis ignita
 decantantibus nobis praebet: interdum canora fraternae
 vocis modulatio ad intentam supplicationem stupe-
 ntium animos excitauit. Nouimus quoque distinctionem
 grauitatemque psallentis, etiam adstantibus plurimum
 contulisse seruatoris: nec non exhortatio viri perfecti, &
 collatio spiritalis, frequenter ad vberissimas preces ia-
 centium erexit affectum. Scimus etiam fratris seu cari
 cuiuscumque interitu, non minus nos ad plenam compun-
 ctionem fuisse raptatos. Recordatio quoque teporis ac
 negligentiae nostrae, nonnumquam nobis salutarem spi-
 ritum inuexit ardorem. Atque in hunc modum, nulli du-
 bium est, occasiones innumeras non desse, quibus per
 Dei gratiam, tepor ac somnolentia nostrarum mentium
 valeat excitari.

74. Prodest etiam magnopere, dum solus oras,
 ariditatis tedium vocali oratione & exteriorē
 eleuatione manuum, vel in formam crucisap-
 plicatione, abigere, & in te deuotionis affectum
 excita re. Idem, inquit S. Thomas, vix prius a ora-

tionem adiungitur, ad excitandam deuotionem interio-
 rem, quā mens orantis eleuetur in Deum; quā per ex-
 teriora signa, siue vocum, siue etiam aliquorum factū-
 rum, mouetur mens hominis secundum apprehensio-
 nem, & per consequens secundum affectionem. Vnde
 Augustinus dicit ad Probam: quod verbis, & aliis signis
 ad augendum desiderium sanctum, nos ipsos acriter ex-
 citamus. Et idem in singulari oratione tantum est vici-
 bus & huiusmodi signis viuendum, quantum proficit ad
 excitandum interius mentem. Si verò mens per hoc di-
 strahatur, est à talibus cessandum. Quod praecipue con-
 tingit in his, quorum mens sine huiusmodi signis est ad
 deuotionem preparata. Vnde Psalt. 29. dicebat: Tibi dixit
 cor meum, exquisiuit te facies mea. Et de Anna legi-
 tur 1. Reg. 1. quā loquebatur in corde suo.

75. Porro Abbas Nestetos apud Cassianum, Abbatem
 Germano quarenti, quā ratione posset ad obliuionem saecularium carminum & histo-
 riarum peruenire, ne orationis tempore in me-
 moriam redeuntis rerum talium species men-
 tem interpellarent, respondit: Necessè est mentem
 tuam tandiu illis carminibus occupari, quamdiu sibi
 aliqua, qua intra semetipsum recolat, simili studio &
 assiduitate conquirit: ac pro illis infructuosus atque ter-
 renis spiritualia atque diuina paruriat. Quae cūm
 profundè atque conceperit, atque in illi fuerit enutrita,
 vel expelli priores sensus poterunt, vel penitus aboleri.
 Vacare enim cunctis cogitationibus humana mens non
 potest, & ideo quamdiu spiritualibus studiis non fuerit
 occupata, necesse est eam illis, quae prius didicit, implica-
 ri. Quamdiu enim non habuerit quod recurrat, & in-
 defessos exerceat motus, necesse est, ut ad illa, quibus ab
 infantia imbuta est, collabatur, eaq; semper reuoluat,
 quae longo vsu ac meditatione concepit. Vt igitur haec in
 te scientia spiritalis perpetuā soliditate roboretur, nec
 ea iam temporariè perfruaris, sicut illi qui eam non suo
 studio, sed alienā relatione contingunt, & velut aëreo,
 ut ita dixerim, odore percipiunt, sed ut sensibus tuis in-
 uiserata quodammodo, & perspecta atque palpata
 condatur, illud omni obseruantia custodire te conuenit,
 ut etiam si ea quae optime nosti, forte audieris vel in col-
 latione profertur, non ex hoc, quod tibi iam nota sint,
 aspernanter fastidiosèq; suscipias, sed ea cordi tuo illā
 auiditate commendes, quā debent desiderabilia salutis
 verba, vel auribus nostris indefinenter infundi, vel de
 nostro ore ingiter profertur. Quamuis enim adhibeatur
 sanctarum rerum crebra narratio, numquam tamen
 anima sitim verae scientiae sustinenti, satietas generabit
 horrorem, sed ea quotidie velut noua ac desiderata sus-
 cipiens, quanto frequentius hauserit, tanto auidius vel
 audiet, vel loquetur, & confirmationem potius perce-
 pit scientia ex eorum repetitione, quā vllum ex fre-
 quenti capiet collatione fastidium. Euidens namq; est
 tepida ac superba mentis iudicium, si verborum saluta-
 rium medicinam, quamuis studio nimia assiduitatis in-
 gestam, fastidiosè negligentèq; suscipiat. Anima enim
 quae in satietate est, sauis illud; animae autem egenti,
 etiam amara, dulcia videntur. Si itaque haec diligenter
 excepta & in recessu mentis condita atque indita fue-
 rint taciturnitate signata, postea ut vna quadam sua-

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De alijs remedijs contra ariditates, pr afe-
pris à recentioribus vite Spiritualis Ma-
gistris.

uolentia, & latifcancia cor hominis, cum sensus can-
tie & patientia fuerint vetustate decocta, cum magnâ
sui fragrantia, de vase tui pectoris proferentur, &
tamquam perennis fons, de experientia venis, & irri-
guis virtutum mentibus redundabunt, fluentaq; conti-
nua, velut de quadam abyſſo tui cordis effundent.

Denique optima remedia contra ariditates
sunt illa ipsa amouere, quæ sunt causa distra-
ctionum & impedimenta quietæ contempla-
tionis, quæ S. Bernardus commemorat ser. 23. in
Cantica: *Sensus agens, cura pungens, culpa mordens,*
vel ea cetera quæ difficiliter amouentur, irruentia imagi-
num corporearum phantasmata. Alio verò in loco
ait, *profuturum ad deuotionem compunctionemq; ob-
tinendam, si ita semotus fueris, vt puras manus ad
Deum leuando, etiam tuipſius vocem audire possis.*
Nonnunquam ad subleuandam intentionem, in ca-
lum prospicias, vt ibi sit cor tuum, vbi Christus est in
dextera Dei sedens.

form.
hon. aut.
col. 2.

discipl. &
perf. mō.
con. c. 18.
col. 6.

Quoniam verò ariditates solent oriri non
raro ex recordatione præteritarum culpæ, vel
laptu in præſentes, optimum præbet consili-
um B. Laurentius Iustinianus: *Humani generis
aduersatur diabolus, consuevit deprecantis animum
memoria perpetrata culpe percutere, quatenus ex hoc
amittat fiduciam, & ex impedimento conceptæ piſſi-
lanimitatis, non valeat deuotionis exercitia secundam
consuetudinem peragere.* Huic autem fallaci suasioni
nequaquam fides accommodanda est. Proinde Christi
miles egregius caneat ne confundatur, sed cum se pec-
casse cognauerit, humiliter in spiritu ante pedes Domini
se prosternat, confiteatur delictum suum Domino, blandi-
disque verbis offensum mulceat dilectum, & statim
gratie intelliget adesse præsentiam, per quam resumptis
anima viribus, & conceptâ fiduciâ, de cetero, Domino
queto animo vacare valebit. Non tamen facile hæc
admittenda sunt, sed prudenti ratione discernenda, quia
maligni spiritus per sepe sub compunctionis specie ar-
dorem desiderij, deuotionis gratiam de orantis corde
dissipant & extinguunt.

Aliud remedium dat col. 8. eiusdem capituli:
*Frigescente spiritu & ab exterioribus ad interiora re-
deunte, opportunum adminiculum ad deuotionem ex-
citandam est vocalis oratio.* Accenso verò deuotionis
igne, ori silentium imponendum est, & à vocali oratio-
ne (loquitur de oratione vocali ad quam nulla
lex sub peccato obligat) cessandum, ne pro exiguo,
maximum præpediatur bonum &c. Omnibus enim
modis nitendum est, atque subsidia adinuenienda sunt,
siue per vocalem orationem, seu per prostrationes aut
manuum extensiones, vel quomodolibet, vt mens abs-
que impedimento eleuetur in Deum, cum orationi
insistit. Nam orationis finis hic est, vt anima Deo v-
niatur per caritatis affectum præclaro lumine diuina
agnitionis.

CAP.

Primò occurrit monitum P. Stephani Tuc-
cij viti sancti, qui quinque horas orationi
quotidie tribuebat, dicebatque aduersus orandi
difficultatem, plurimum valere perseveran-
tiam & humilitatem: vt quis se reprehendat in
ipsa oratione, si distractiones sentiat, teporem
accuset, Sanctos innocet, animum excitet: ne-
que aiebat tempus hoc modo inutiliter consu-
mi. Omnes enim actus isti meritorij sunt, &
oriuntur ex religionis, vel amoris Dei impulsu.
Nolito putare, inquit S. Teresa, de hac re disse-
rens, *laborem tuum frustra aneum & in cassum fore,*
idq; non solum vno aut duobus, ac ne quidem decem
annis. Abiit autem, vt propter ariditates orare
*vel meditari desinas. Bene enim monet S. Ioan-
nes Climacus: Quosque orationem fixam, (hoc*
est, à distractionibus liberam) certamq; non possi-
demus, his qui inantes ad incedendam intro exercitum,
similes sumus. Contende, vt ad superna feras, imo verò
vt reclusas intelligentiam orationis verbis. Quod si de-
bitata per insaniam eceiderit, rursus illam reducere
cura est quippe proprium mentis instabilitas, Dei verò
proprium sistere omnia posse. Si insatiabiliter certes,
aduenerit in te penitus, qui mentis mari terminum per-
gyrum posuit: dicit illi, huc vsque venies & non trans-
gredieris. Possibile non est spiritum ligare, sed vbi Con-
ditior spirituum est, omnino obtemperant. Porro vt
spirituum Conditior addit sua ope, non desistendo
ab oratione inceptâ opem illius implora,
iuxta S. Bernardi consilium: Cùm te torpore accedia
vel radio affici sentis, noli propterea diffidere, aut desi-
stere à studio spirituali: sed iuuantis require manum,
et abi te obsecrans, sponsa exemplo, donec denuò susci-
tante gratiâ, factus promptior alacriorq; curras, &
dicat: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilata-
sti cor meum. Sæpe enim, vt idem alibi ait, corde te-
pido & arido accedimus ad altare, orationi incumbi-
mus: persistentibus autem repente infundatur gratia,
pinguescit pectus, replet viscera inundatio pietatis; &
si fit qui premat, lac concepta dulcedinis vberim sum-
dere non tardabunt.

Secundò plurimum valere potest contra ari-
ditates iudicium P. Petri Fabri, primi locij
S. P. N. Ignatij, eiusque, temporæ ariditatum,
procedendi modus. Ponebat enim in beneficij par-
te, vt scribit in eius vita Orlandinus, quod quis in-
terdum, sibi ipsi relictus sterilitate laboret ac fame, suo
verò vsu perdoctus, decedere interdum gratiam, & se
subducere (quod & veteres docuere Patres) ad erudi-
endum hominem; vt quantum inter proprium & alie-
num spiritum, inter decrementum & incrementum
disset, experimento perdiscat: tum etiam, vt cum sum-

76

77

78

79

80

81

82

83

nius ille deuotionis ardor remisit, modica gratia, pari operâ satisfaciât: quod se senserit amisisse, studio etiam maiore requirat. Consilium namq; Dei esse, vel vt modicus auxilium studeat quispian voluntatem saltem tueri calentem, & alacris cogitatum mentis ad opus, velut probò aliquo timore donetur, qui sit omni deuotione prestantior. Quamquam autem non magnopere angendum de cessatione gratia, vir sapiens existimabat, probabat tamen tristitiam quamdam moderatam, quam etiam S. Diadochus, moderatam quamdam desperationem appellat, vt dum accessu recessuq; gratia, modò leuati, modò tristes efficiamur, in perenni quadam exercitacione versetur, seu futura concipiendâ miserie, seu felicitatis eterne. Nam si nunc perbreuis eius vel absentia, vel presentia, aut contrahit animum, aut dilatat, si tanto nos merore, aut voluptate perfundit; quâritandem estimetur, non quidem ad exiguum aliquod tempus, sed in veram aternitatem, diuino vel gaudere vel carere aspectu, quorum alterum est ipsa gehenna, alterum cumulata felicitas.

79. Quomodo autem P. Faber in desolationibus & tentationibus, meroribusq; anime se solaretur, ita scribit idem Orlandinus in eius Vita: Non deerat viro sancto varia & multiplex sui consolandi ratio, cum in vsu rerum diuinarum, vel inuito mens fugeret, vel pinguior illa exarisset deuotio. Interdum solabatur animum cogitationum turbâ distractum, contemplatione Christi LESV, qui tam diu inter homines vixit à sui corporis gloria, quâ consors anima fruebatur, auulsus quodammodò & distractus. Eodemq; modo sanctissimam Desperationem cogitabat, quam cum labe nullius vnquam noxæ tetigisset, tamen oportuerit tam diu corporis & anime carere gloria, sepe etiam ab dulcissimi Filij sui vsu, conuictus, diuelli. Consolationis materiam, & tempus ei suppeditabat & locus. Celebrabantur Christi Domini Natalitia, & sacrificium ipsum, iam iamq; Diuina mysteria participantem, defecerat omnis mentis iucunditas: cum in alto merore versanti, quod rotantibus desuper calis, nubibusq; pluentibus Iustum, ipse sic areret, illa repente consolatio satis efficax praestitit: Quid tu vano merore consumeris, cum in stabulum Christus veniat? Nascitiam tui pectoris praesepi iam cernebas, si dignum ei parares hospitium. Ea vox tantâ hominem consolatione permulsi, vt etiam lacrymas deuotionis expresserit. Proximo anno, dum ardentissimam pietatem illam recolit, quâ Magi Reges Christi Saluatoris adorarunt infantiam, cor repente obduruit, & ad tantæ sensum letitiae, iustamq; gratulationem pigerrimè sequebatur. Id indignè cum ferret, cogitatio subit nimirum, Dies agitur, quo Reges tuum verum adorant Regem, periclitandus es igitur, num tu Rex sis. Nam parum est, vt te ipsum regas, vt vincas, dum per sensum deuotionis, in te Christum es positus qui solet nostra bella regere, quoad nos Reges effecerit. Aschafenburgij oprabatur aliquando sacris, in Anstus Moguntini sacello, tum exornato solito luculentius, plurimo accenso lumine, loculisq; sanctorum cinerum, ad venerationem decore prolatis. Nec tamen externa illa species interbra pectoris permulcebat. Algebat de his Sacerdos totâ prae-

ratione mysterij, vt nunquam sibi videretur frigidior, & talis exiret ex sacello illo, qualis intrarat: facile vt intelligeret, deuotionis gratiam, non tam fortis petendam esse, quàm inuis, nec ex externis modò pendere causis, sed diuinitus infillari. Quocirca studium in eo conquirendis tot externa, & aduentitias deuotionis illecebras ex eo die planè refrigit, & fugam meditatus est quamdam omnis gratia & fauoris humani, quod animaduertebat, vsu plerumque fieri, vt quod plus inueneris apud homines gratia, eò pascaris in animo minus apud Christum & sanctum eius Spiritum. Ad augendam verò cumulandamq; gratiam Dei, nihil esse tam efficacè, quàm si quis rebus omnibus spoliatus, atque orbatus, emuletur in patibulo Christum, cuius virtus Crucifixi querenda sit prius quàm gloriosi, non contra atque praeposterè, more multorum.

Tertiò, Vera etiam & conformis doctrinâ S. P. N. Ignatij in libro Exercitorum tradita, l. 1. spir. est sententia Rusbrochij: Quisquis, inquit, hanc patitur desolationem & penuriam, libenter bonos inquirat homines, eisq; suam aperiat & queratur miseriam, eorum & bonorum omnium, & totius Ecclesiae preces imploret. Attendas interim humili corde, nihil se praeter vitia & defectus habere ex se ipso sciat; cum patientiâ & resignatione sui, dicat illa verba S. Iob: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Deserat & resignet se ipsum in omnibus, dicatque ex animi sententia: Domine aequè paratus sum, eorum omnium, quibus despoliatum me sentio, inopiam & paupertatem perpeti, quatenus tibi placet, & ad tuum honorem & anima mea cedit salutem & vtilitatem, quàm illis abundare. Non mea, Domine, voluntas naturalis, sed tua, & mea rationalis vel spiritalis fiat. Omnino enim sum totus tuus, & si posset ad tuam esse laudem, tam libenter mergi velim in infernum, quam recipi in caelum. Fac mecum Domine secundum excellentissimam maiestatis tuae voluntatem. Hoc pacto ex omni sua afflictione, perpeffione & desolatione, interdum sibi elicitat & efficiat gaudium, totum se manibus Dei offerens, se pro illius honore quidpiam pati posse letatur. Reuera se se in hac parte gesserit rectè, & ex animo ita facere valebit, nunquam poterit tam ingens gaudium internum experiri. Nihil enim Deum amantè iucundius est, quàm vt sentiat se dilecti sui proprium esse. Sin verò per virtutum iter ad hunc vsque gradum ascendit, etiam si modos omnes praedictos non sit expertus, nihil refert: nec enim id necesse est, modò ipso virtutum fundo praedictum se esse sentiat; quod est, in agendo humilis obedientia & in tolerando patiens resignatio: in quibus duobus, modus iste vel gradus perpetuâ securitate consistit. Et infra: Qui hoc gradu homo à Deo, à seipso, à demone, à creaturis omnibus fortiter probatur, & visitatur, tentatur & impugnatur, ipse resignationis virtus, pro magna ac singulari perfectione illi rectè tribui potest.

Quartò, P. Balthasar Aluarez, vt in eius Vita scribitur, per sexdecim annos magnas nebulas, & spiritus ariditates, durities, distractiones, animi desolationes, aliasque afflictiones & probationes sustinuit: numquam

quam tamen desideria orationis deposuit, nec exactam in ea habenda executionem; sed tantam diligentiam & constantiam in ea perseveravit, atque si iucundum semper ac facilem aditum inveniret. Collocabat enim precipuam suam fiduciam in infinita misericordia ac liberalitate Dei, in cuius conspectu sese constituebat, quæ-

Matth. 15. admodum Cananea illa dicebat, tamquam catellum

27.

Luc. 11. 8. sicut amicus ille Evangelicus, etiam repulsus, non desistit ad portas Dei pulsare per multos annos, donec tandem exauditus fuit, & ad familiaritatem admissus, cum ingenti celestium donorum copia, quæ explicantur fuscè in eius Vita. Hoc ipsum commendat S.

cap. 12. Basilius; Sine dubio, inquit, Deus, qui bona exquirentium alacri & prompta voluntati aspirat benevolens, eam largietur, cum ad petendum ipse hortatus sit ac dixerit: Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis:

Matth. 7. pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui querit invenit, & pulsanti aperietur. Itemq;

Jacob. 1. alio in loco: Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropereat. & dabitur ei. Postulet autem cum fide, nihil hesitans. Ac in omnibus denique rebus, ubi mens vacillat, aut animi promptitudinem satanas impedit, hebetando, retardandoq; remedium hoc adhibeamus, ut Deo supplicemus, petamusq; ut rectè agendi nobis facilitatem velit largiri.

82. Idem P. Alvarez tradens quibusdam præcep-

e. 58. vita pta de modo orandi scriptum inter alia hoc re-

P. 421. liquit: In ariditate, obscuritate, aut cordis duritie, & in quocumque alio interno impedimento, cogita peccata tua ubi sese infereres, quæ si non agnovisses, ex ea parte quæ Deum offenderunt, agnosce ex duritie & impedimento, quod tibi reliquerunt, humiliare: dicaq; Deo: Hac Domine, mea sementis est messis, his præteritorum amorum meorum fructus: siquidem impedimentum hoc à peccatis meis procedit, quibus te irritavi; quod neque tu mihi fuisti promeritus, neque ego tibi debui. Doleo, ac poenitet me, & vellem lacrymas, sensumq; eorum habere qui tibi maxime placuerunt. Sed quæ parte ego: ut qui talia fecit, ita illa luat. Perduret res, quam diu tibi placuerit, etiam per totam vitam, quæ extendatur ad mille annos. Et quoniam Deus in suis est creaturis, illis in suis locis manentibus, si te noveris bene humiliare, poenamq; quam ipse mittit, libenter suscipere, magnam senties quietem & solatium.

83. Quinto, P. Iosephus Anchieta in Epistolâ ad Antonium Riberam, hoc contra ariditates dat remedium: Si quando mentem divino solatio destitutam, tediisq; affectam, languere senseris, illud tibi remedium sit, eius lacernam apprehendere, atque eam ad te verbum illi imitare: Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit, & inclinat est iam dies, voxq; ingruit tentationum; & solitè crebrius impetrat à facultate ad sacram mensam accedere. Confido enim Divini eius pabuli virtute, te ab eâ mensa cum recesseris, lætitia plenum iter magnâ alacritate profecturum, donec calestem teneas Ierusalem.

84. Sexto, Valde quoque profuit ad devotionis

obtinendam gratiam si statis temporibus, non de seculi rebus, sed de piis instituantur colloquia. De Deo libenter loquere (inquit S. Bonaventura) & libentius audi: quia movent cor ad studium virtutis & affectum devotionis. Et S. Nilus docet orationem spiritali colloquutione, & hanc oratione nutrire.

Septimo, Præclara reliquit hac de re monita noster Ad. R. P. Claudius Generalis in aëreo libello indultiarum, in quo inter alia hæc habet: Si ariditas proveniat ex naturali instabilitate, & volubilitate nature, quæ nesciat quasi quæta consistere, inde colligi poterit, si sit continua, si à tempore Novitatus, si per plures annos duraverit. Deinde si sine causa, vel occasione ex parte infirmi. Si adhibuit remedia, nec profecit. Si hæc remedia non inconstanter, aut ad breve tempus sed perseveranti adhibuit diligentiam. Quod si sit eiusmodi, animandus erit ad tolerantiam, ut magnâ longanimitate, & constanti studio, virtutibus incumbat veris solitidq; (ut Constitutio loquitur) & curet in viâ Divini servitij progressum facere: suppleat frequentioribus & serventioribus iaculatoriis paupertatem suam spiritali quadam mendacitate, (de quâ egregie Gerson) piissimo Patri & Deo, Sanctisque omnibus commendans. Lectione sacrâ non susa & longiore vitatur, sed brevis, & meditatione atque attentione perigili Discurrat per varia puncta Rosarii, vna & Passionis Domini, gratias agendo, petendo, proponendo cum confusione imitationem, offerendo illa pro se æterno Patri: in quâ Passionis meditatione si piè & perseveranter pulsaverit, inveniet procul dubio maximam lucem pro intellectu, & solidam stabilitatem pro affectu, cum tamen à nobis non sint in nobis viæ nostra aliud quam tenebra, & lubricum. Si duret longo tempore, ut in quotidianis meditationibus, & exercitiis ariditatem & distractiones patitur, hortandus est, ad maiorem sectionem, & spiritalia Exercitia per aliquot hebdomadas plurimum enim conducit ad quietem animæ comparandam assiduitas illa meditando, & legendi, animique mirificè renovat ab evagationibus, ut experientia sapientissimè docuit. In his autem Exercitiis illustrationes & proposita annotare, & aliquid exercere, quo his absolutis vitatur, siue ad virtutum exercitia, siue ad mentis elevationem & coniunctionem cum Deo plurimum proderit. Si tantum hoc in matutina oratione senserit, potest interdum fieri vel ex gravitate capitis, aut aliâ huiusmodi affectione, ut eo tempore nimis aptus ad meditandum inveniat, vel ex diuturnâ attentione, quam non valet per integram horam continuare; tunc diuidenda erit, ut diversis temporibus fiat, ut commutanda ratio temporis (quod tamen consideratè admodum, & non leuiter concedatur) suppleendum interdiu iteratis intentionibus, & elevationibus excitet se psalmorum versiculis, nunc ad compunctionem, nunc ad humilitatem, nunc ad petitiones, nunc ad laudes: denique efformet se ad varios affectus, prout maior necessitas, aut sensus animi suggerit.

Si provenit ex inordinato affectu, & desiderio erga aliquid, hic laborandum fortiter & assidue, ut radix aut evellatur, aut certe mortificetur, & exsicceetur, ne

germ-

de infod. Nonap. 1. c. 13. c. 17. de orat.

c. 3. n. 2. legq.

3. p. c. 1. 10 & 4. 1. c. 4. 3. 1. 10. p. 3. 1. tom. 3. de medicis. Spiritualibus

Coll. 1. cap. 2.

8.

Coll. 1. cap. 17.

in t. R. in illa verba ascens bar vi de. Itaque dicbu

germinat. Occasiones ex tempore orta, facile vitari poterunt. non enim ex aliquo peculiari affectu, aut inclinatione proficiuntur, itaque & facilius vitantur, & non ita animum afficiunt, nec difficile abiguntur: tantum cautela non desit, & mediocri attentio, & custodia sui.

Si ex defectu discursus, & inopia materia, primo preparat puncta diligenter, legat meditationes de ea materia: lectio enim mirum in modum iuvat, doceatur extendere puncta, in vita & Passione Domini consideranda. Quis, Quid pro quibus, quanto amore. Quo fructu passus, attendendo personas, verba, opera, & cetera; reflectendo ad se, comparando, opponendo celsitudinem parvitati, pietatem ingratitude, & alia huiusmodi, que ingentem praebeant meditando & discurrendi materiam. Denique semper habeat in promptu puncta aliqua abundantius, vt si in vno non potest, sistat in alio.

Si ex negligentia custodia, adhibeat diligentem, examinet se accuratius, caueat ab iis, que ledere possunt: certum est enim illud Casiani collatione citata: Quicquid ante orationis horam anima vestra conceperit, necesse est, vt orantibus nobis, per ingestionem recordationis occurrat. Quamobrem quales orantes volumus inueniri, tales nos ante orationis tempus preparare debemus. Haec ille.

Coll. 1. cap. 1.

83. Si ex otio & securitate, fugiat nugas, eleuet interdum mentem, visitet sanctissimum Sacramentum, saluet Dominum plagas, saltem semel orationem Dominicam recitando vel imaginem B. Virginis, cum Ave, vel Salve Regina: petat instanter adhibitis intercessoribus, communique omnia frequentius cum rerum spiritualium Praefecto: meminerit, quod sapienter Casianus docuit: Licet enim impossibile sit mentem non interpellari cogitationibus; est tamen, inquit, nostram, magna ex parte, vt cogitationum qualitas emendetur, & vel sancta & spirituales in cordibus nostris, vel terrena & carnales concreuant. Ideo namque frequens, & iugis adhibetur lectio scripturarum, vt exinde nobis spiritualis memoria prebeat occasio. Denique monendus accuratè, vt serio fugiat ab inani quadam persuasione, & noxio loquendi modo eorum, qui cum nullam vel exiguam in custodia sensuum curam adhibeant, libere, & laxè nimis in omnibus agant, in spiritualium procuracione tepidi sint, & sequiores: suam tamen spiritus ariditatem, & distractiones in oratione, & quasi quamdam insensibilitatem in interioribus, adscribunt diuinae probationi, que illos, vt quidam loquuntur, à lacte abstractos, ad panem & solidam cibum erudiat, quasi grandiores. Ceterum recogitet potius, quid S.

in. Reg. in illa verba: Et ascendebat vir ille, statuis diebus.

Gregorius contra eiusmodi homines dicit: Nam per contemplationem rimari caelestia volumus, qui non solum cordis, sed etiam corporis custodiam non habemus. Et quidem sepe indecenter aspiciamus, otiosa audimus, superflua loquimur, somnum, cibum non ad refectio-nem corporis habemus, sed ad vsum delectationis. Itaque cum discere ambigua volumus, superna conspiceret, tenebras nostras deserere, interno dulcedinis saporem gustare, ab illius secreto tanto dignius repellimur, quanto munitionis nostra fortitudines negligentius

dispamus: iamque nobis tanto est ascendere difficilius, quanto ad nos ipsos relapsi, in altitudinem custodite non curauimus cordis munitiones. Diligenter igitur examen adhibendum est, & venialia etiam atque minuta cauenda, nam & illa non leuiter impediunt. Quocirca idem Sanctus egregie monet: Quia sine peccato, inquit, electi etiam viri esse non possunt, quid restat, nisi vt à peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, euacuari quotidie conentur: Nam qui quotidie non exhaurit quod delinquit, et si minima sunt peccata que congerit, paulatim anima repletur, atque et merito auferunt fructum interna saturitatis.

Si ex nimis occupationibus, studiosè caueat non necessarias, nec proximis vitales. Subtrahat aliquid voluntariis relaxationibus, suffuratur è mediis occupationibus aliquid temporis vel breuissimi, ad mentem eleuandam in Deum, se circumspicendam; curet habere mentem liberam, & iuxta S. Bernardi consilium, non se tradat negotiis, sed accommodet: petat à Superiore moderationem aliquam in actione, & ad breue tempus omnimodam etiam cessationem; redibit enim postea alacrior & virilior.

Postremo si ex Diuina dispensatione & subtractione, tunc animandus ad patientiam, & suauiter fouendus, ne animo deiciatur. Sed curet primum se ipsum coram Deo humiliare, sibi huius subtractionis causam adscribere, non placere sibi, sed accusare semetipsum, quoties in se vel ad modicum tepere gratiam senserit. In veritate enim didici, S. Bernardus inquit, nihil aequè efficax esse ad gratiam promouendam, retinendam, recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inueniatis non altum sapere, sed timere. Huius autem subtractionis effectus & signa ponit idem Sanctus: Exarruit, inquit, cor meum: coagulatum est sicut lac, factum est sicut terra sine aqua; nec compungi ad lacrymas queo, tanta est duritia cordis: non sapit psalmus, non legere libet, non orare delectat, meditationes solitas non inuenio. Vbi illa inebriatio Spiritus: vbi mentis serenitas, & pax, & gaudium in Spiritu sancto? Causam autem hic Pater refert ad superbiam, siue qua fuit, siue qua futura esset, nisi ita humiliaremur. At S. Bonauentura de Processu Religionis, quinque adfert huius sterilitatis & subtractionis deuotionis causas. Prima est, inquit, humiliationis. Secunda purgationis, quia minus purgatus fuit, minus studiosus in deuotione querenda, vel minus gratus in accepta. Tertia eruditionis, vt intelligat id non à se suisque meritis, sed à Dei gratia & libertate pendere. Quarta ex indiscreto impetu & conatu cordis, quo quasi libertas mentis obruitur, & deuotio veluti per violentam extortionem exprimendo quaeritur. Quinta ratio, meritum maioris gratiae & gloriae, dum desiderium non impletum, affligendo purgat animam, & patientia desolationis, & humilis sufferentia morosis quasi lima reddit animam clariorem, & magis susceptibilem Diuini splendoris. Haec ille.

154. C. 6.

ibidem. Plal. 118. 114.

86. Proc. 7. 21.

Sed Gerson Cancellarius copiosius, quamuis breuissimè, decem & septem ponit huius subtractionis causas. Prima est, quam posuimus ex B. Bernardo quem citat, id est, ad superbiam recurrendam vel cauendam, 2. ad

de myst. Theol. pract. c. 6. fid. vel in. dult. 6.



desiderium vehementius inflammandum. 3. ad cognitionem propria fragilitatis, ut homo sibi vilescat. 4. ut induat viscera pietatis super aliorum desolatione. 5. ad satisfactionem per dolorem illam sensibilem, quem patitur. 6. ut qui possunt alios iuuare, non ita se dedant internis consolationibus, ut à caritatis negotiis & aliis iuuandis retrahantur. 7. ut experientia per hanc reuersionem edoctus, virtutes ceteras & melius discat & efficaciter doceat. 8. ne deserat homo, pro hac dulcedine Dei in se. 9. ad punitionem venialium, tamquam si pater tristorem filio faciem ostendat, ut in omni custodia & modestia reddatur diligentior. 10. ut intelligat homo non haberi hoc per propriam industriam, neque volentis aut currentis esse, sed miserentis Dei. 11. Ad purgationem maris spiritualis, quod ex nimia quiete fordes contrahere solet, quas exagitatio commotioq; depellit. 12. Ut innotescat, si gratis timeat Deum, si parata est absque stipendio consolationum & suauitatum suo Imperatori deseruire. 13. Ne incipiat dona Dei, pro ipso diligere: is adhaerens, iisq; se oblectans, cum tamen Pater indulgentissimus hac dispensatoris subtrahat, ut cibum aut pomum, parans interim hereditatem & regnum. 14. Interdum ad conseruationem corporis & virium, ne in lacrymis, gemitibus, & dulcedine sensibili labescat & deficiat. 15. Ut prouocet Deus sicut aquila pullos ad volandum, ut mater filium ad horam relinquit, quo instantius ille clamet, accuratius quærat, arctius stringat, & illa vicissim blandiatur suauis. 16. Ad exercendam patientiam, quia sic afficit, non est sine tribulatione magna & anxietate. 17. & postrema, ut vel hinc conuertat anima, quanta futura esset amaritudinis perpetua separatio, si tantilla subtractio sic afficit.

Ceterum in hac subtractione, quâ Dominus priuatione consolationis, ut ait S. Diadochus, immoderantiam nostram voluntatis castigat, ut nos virtutis & vitij differentiam doceat, illud semper tenendum est, ut idem ait, ut cum dolore, humilitate, ac decenti subiectione speremus semper de Diuina pietate; hoc enim habere solet recessio gratiæ, ad erudendum.

Sed in his omnibus illud curandum diligenter, quod Theodorus apud Casianum ponit, ut simus ambidextri, id est, ut prosperis & aduersis, spiritualibus successibus, ad anteriora semper progrediamur, ut siue seruentur spiritu, & terrenis sublimari ac spiritualibus meditationibus passi, siue cum omni spirituali seruire subtrahat, quodam tepore atque merore tepesimus, cum intolerabili quodam retroque fastidio vniuersa fordes instrumenta virtutum, vtraque quasi manu ad victoriam vtamur. Vnde subdit: Quisquis igitur in illis, quæ dextro pariter esse prædiximus, minime fuerit subintrante gloria vanitatis elatus, & in istis, quæ sinistra pariter sunt, viriliter dimicans, nullâ deperatione conciderit, ac potius de contrariis arma quadam patientia, ad exercitum virtutis assumperit, vtraque manu vtetur pro dextera, & in viroque actu triumphator effectus, tam de sinistro statu, quam de dextro palmam victoria consequetur. Huc vsque P. Claudius.

87. Quoniam verò inter ariditates posui etiam distractiones, quibus in sacris precibus exagi-

tantur homines, præsertim in recitandis horis Canonicis, præstat nosse, quæ adhiberet adiumenta P. Petrus Faber, diuinum cum recitaret officium. Quæ de re sic Orlandinus: Quod psalmodia attentius insisteret, præsertim sibi adiumenta quasiuit. Inter psalmum & psalmum breuem quandam precationem raptim iaculabatur ad Deum, cuius generis erat illa solemnis & frequens: Pater celestis da mihi Spiritum bonum. Quæ in prece, totis scilicet missæ precordiis, sensu ad reuocandam & colligendam mentem multum latere præsidij. Interdum decies augustinissima IESU & eius Matris nomina piæ ad Horas singulas orandi Canonice appellabat, ut ad memoriam decem illa sibi redigeret, & in Psalms spectanda proponeret. Primum, vnam Dei gloriam; deinde Sanctorum honorem; tum incrementa iustorum; postea liberationem eorum, qui noxii essent implicati mortifero; ad hæc rei Catholice progressionem; mutam etiam inter Christianos Principes pacem atque concordiam; denique leuationem eorum, quos eâ ipsa hora vel dolor aliquis perfoederet corporis, vel anime sollicitudo perederet, vel aduentantis mortis horrore inuaderet, vel purgans apud inferos ignis excureret. Hæc ille decem; ad Horæ cuiusque Canonice carmen, piæ sanctique recolebat: his mentem lubricam, ne quæ efflueret, cohibebat. Nec verò illa ad comparandam attentionem nimis efficax ratio erat, quod in meo audis istam Canonice horis, in acerbissimos Christi cruciatum, indignamque necem sue mentis figebat aspectum, & vt psallendo cæmendandoque progrediebatur, ita in reputandis acriteribus eius pænis atque doloribus procedebat. Intendebantur quippe dolores hoc magis, quod ille magis ad vitam vergebat occasum; & eadem proportione Faber senserat sibi esse in Horarum attentione crescendum, intendendamque vim animi ad intensionem & incrementum dolorum: vt cum peruenisset ad Nonam, sentire quodammodo & ipse posse dixit illa tormentas, & supremos angores, quibus eâ Christi horâ paternis in amplexibus extremum spiritum edidit. Excitabat etiam, præsertim nouis ac tironibus, salutare se, cum se conferunt ad psallendum, contum sibi quatuor illos, veluti fines, quos vltra non prædeant, terminosque præscribant. Primum, loci opportunitatem; vbi psallendi fungantur officio. Magni enim interest, non illuc egredi cum mentor, vnde sensus hauriant, quæ cogitationem auocent, alioque traducant. Deinde personas ac Sanctos, qui vel in orandi formalis atque collectis, vel in sacris nocturnisque lectionibus memorantur. Postea verba, quibus sacrum carmen, & precatio tota contextitur. Denique res quæ geruntur, actionumque varietatem, quam quotidiana psalmodia vicissitudo suppeditat. Hos intra fines atque cancellos qui se tenuerit, is, auctore Fabro, mentis aberrationibus obuiam terit. Conseruat aduentante psalmodiâ, ceteris ab negotiis paulisper abduci, ad eamque prius cogitatione, quam pronuntiatione conuertit, ne, si repente ab negotio traduceretur ad psalmum, vestigia rei gesta residerent in animo, perpetui semen erroris. Interdum etiam mentem suam blandè sallebat, ne quæ liberè volitaret, cum eaque tanquam sedus imbat, vt immota silentque hoc velillo saltem

saltem in Psalmo. psalmodiæ parte consideret: quam cum in eâ constantem, ut pepigerat, habuisset, pacta sua renouabat. & ad insequentem psalmum se rursus admonens, ita dicebat: Fac & huic animo si presenti, fac attento. Cui cum item fecisset satis, eadem admonitione deinceps progrediebatur ad reliquos, dum ad extremum in omni sui muneris parte constantiam, quam quarebat, esset adeptus. Et quod suos olim monachos Basilium monuit, idcirco mentis gigni in oratione desiderium, quia non satis presens Dei numen agnosceret, id Eaber etiam suo vsu didicit. & scriptis monuit ad iocundam in orationibus mentem valere plurimum, si qui Deum Deiq; Angelum presentem agnoscat, qui quemadmodum in precatione se gerat, animaduertant: itemque stantem ex aduerso malum angelum, qui, quod plures habeat ad accusandum ansas, inuidio curiosoque oculo, cuncta eius obseruet & rimetur errata. Præcipiebat inprimis abiciendam oranti sollicitudinem lucis crassæ, rerumque gerendarum vel optimarum, quo omnino perderet attentionem, nec sineret animum in inchoatâ prece conquiescere. Quippe animum ipsum in multa & longinqua diuisum, minus posse ei, quod est præ manibus, seriâ & constantem adesse. Quocirca faciendum ei, qui orare spiritu velit, ut omnem diei cursum se instruat ac dirigat, omnes actiones ita dispense, ut ad eas postea euentum expectatione suspensus orantis animus non recurrat, persuaseratque sibi, hoc Deo res gerendas cura magis forte, quod magis ab eis ad Deum curam inter orandum ipse traduceret. Precandi psallendique sanctus officio, studebat inde spiritu non excedere. Ac ne se continuo foras prouiceret, totumque profunderet, ad ea que orauerat atque cecinerat animum reuocabat. Id quod et in quotidiano Missæ Sacrificio, & in quouis alio pietatis genere solemne semper & vsitatum fuit, ut in peractis, ad ea animum attentâ cogitatione reflecteret, singulasque velut operis partes recognosceret ipse secum, & tanquam prudens ac peritus opifex retractaret. Tanti autem faciebat accuratam, in canonicis præsertim precibus, attentionem, ut diceret, sapius esse in memoriam reuocandum orandi tempus, concipiendumque tantum ante, cum flagrans studium psallendi sapienter, tum metum sollicitudinemque, ne quid in psallendo canendoque peccetur: persoluto vero psalmodia munere, nisi ex sententiâ votoque successerit, suscipiendum esse dolorem, qui perpetuus sit, & ad nouum vsque psalmodia tempus conscientia peccatus vrat. Sed hunc non tam volebat ex importunis cogitationibus suscipi, quibus mens alio rapitur, quam ex amore & caritate Dei, quod absuerit sensus orandi, inter suauissima Dei verba, & argumenta psalmodiorum. Multos enim sepe numero angere in precationis penso rediendo, non tam quod eius fructu priuantur, quam quod id temporis, quo adsistant ante Deum, aliene cogitationes obturbant, minimè reuerita tanti Numinis Maiestatem: tamesi merito timorem hunc aiebat, fugamque cogitationum, ad amorem munire vrant. Quippe eo comparato, & in animum semel infusus, tum deum in ipsis rebus subsequatur attentio, ex amore scilicet diuine vocis atque verborum, & ex earum iucunditate rerum atque factorum, que sacro

carmine continentur. Hæc de Fabro Otlandinus. Alias deuotiones pro recitatione horarum Canonicarum docuit Christus Dominus S. Gerardem, quæ, si liberè, legi possunt, libri 3. cap. 46. In sinuationum diuinæ pietatis, editum à Tilmanno Bredenbachio.

Porro B. Clara de Monte Falco Virg. Ord. S. Augustini, non S. Francisci (vix euidenter ostendit Baptista Pergilius in eius vitâ, & præter Cardinales sacrorum Rituum asserit Urbanus VIII. in Breui Apostolico) pro quantis horâ canonicâ assignauerat aliquod mysterium Dominicæ Passionis tunc considerandum: Pro Matutino Christi flagellationem ad columnam: pro Primâ, condemnationem Christi ad mortem, & fure ligati deductionem cum magnâ confusione: pro Tertiâ, iter Christi Domini crucem baiulantis à Pilati palatio ad montem Caluariæ: pro Sextâ, Christi denudati cruci affixionem & Deiparam affantem plenam dolore: pro Nonâ, Christi sitim & mortem sine vllâ bonâ confortatione peractam: pro Vesperis Christi depositionem de cruce, & Matrem eum recipientem dolore plenam: pro Cõpletorio Christi sepulturam.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Summarium rerum supradictarum, factum in gratiam tironum & scrupulorum pro eorum solatio, & adiuncta aliquot doctrina Sanctorum idem confirman-tes.

Nota 1. illa sola Meditatio nomen bonæ Meditationis non meretur, quando (vix & Communio) malè succedit ob negligentiam nostram. Tunc autem malè succedit quando in eâ aliquis ob suam negligentiam non sentit se excitari, saltem in intellectu, ad amorem alicuius boni, vel in genere, vel in particulari, vel ad odium & horrorem alicuius mali.

Nota 2. Negligentia autem nostra citè Meditationem in his sita est. Si accedamus ad meditandum, non præparatis benè punctis, seriâ lectione vel consideratione præmissâ. 2. Si post puncta meditanda benè præparata, voluntariè nos distrahamus ante meditationem immediatè. 3. Si dum meditamus, sensus, datâ operâ præfertim oculos non custodiamus ab aspectu rerum tunc non necessariorum. 4. Si in ipsâ meditatione distractiones occurrentes non statim repellamus, postquam aduertimus eas nos inuitos inuasisse. 5. Si non expleamus totum tempus meditationi à Superioribus præscriptum. 6. Si indecoro situ meditetur, vel more iacientium, & scamno incumbentium, vel alio modo, in quo nos nollemus inueniri orantes, ab iis quos maxime reueremur & timemus. Qui in

his sex rebus non delinquit, non est cur se accuset de negligenter factâ meditatione, seu oratione, aut scrupulum habeat, etiam si non senserit vllm pium affectum.

Nota 3. Simon es tibi conscius vilius negligentia paulò antè commemorata, etiam si toto tempore nullam sentires consolationem; sed perpetuis impeteris distractionibus inuoluntariis, aut tentationibus, etiam si sentires cor aridum, instar lapidis; noli ob hanc rem tristari, sed persiste in oratione, luctare cum distractionibus; modo infra explicando. Talis enim oratio sæpè magis Deo placet, & magis meritoria est, quàm illa (ceteris paribus) in quâ diuinæ consolationes sentiuntur; & non sunt importunæ distractiones. Docuit hanc veritatem ipse Deus B. Catharinam Bononiensem, cui tempore Cõmunionis grauissimè tentatæ circa fidem, de præsentia Christi Domini in Eucharistiâ, sed tentationem repellenti dixit: *Maius meritum est anime, si communicet cum supradictis impugnationibus ferendo patienter temperatam spiritus, quàm si communicet cum multâ dulcedine & suavitate.* Hoc ipsamet B. Catharina scriptum reliquit in libello Italico, ex diuinâ inspiratione conscripto, de armis ad pugnandum necessariis. Hoc innuit B. Laurentius Iustinianus, dum ait: *Iuxta mensuram caritatis, effectus huius Sacramenti percipitur, quandoque insensibiliter, (nimirum tempore ariditatum) quandoque sensibiliter.* Et Christus Dominus docens S. Birgitam; quomodo deberet expellere ex animâ suâ, ea quæ illam perturbant, ait: *Si eam perturbationem remoueri non potest, toleret illam patienter contra voluntatem suam, tamquam hostes, sciens certissimè, quod ei proficiunt ad maiorem coronam, & nequaquam ad damnationem.*

90. *Causæ autem maioris meriti (ceteris paribus) in oratione aridâ & distractâ inuoluntariæ, sunt hæc. Prima; Quia talis oratio humilitatem excitat, quam non excitat sensibiliter deuota, imò præbet occasionem superbiæ, vel vanæ gloriæ, vt patet experientiâ. Prona siquidem mens est, inquit B. Laurentius Iustinianus, dum de notationis gustu tangitur, eleuari de munere. Secunda, Quia in oratione aridâ exercetur patientia, dū patienter tolerantur infestationes dæmonis, vel naturæ, si à naturæ infirmitate oriuntur ariditates, & mentis euagationes. Tertia, Quia in oratione aridâ exercetur fortitudo heroica, dum non obstante impetu distractionum & tentationum, homo persistit in oratione suâ, ob distractiones & ariditates, valdè amarâ & insipidâ. Quarta, Quia maior amor erga Deum ostenditur, dum quis perseverat in colloquio cum Deo, etsi percutiatur à dæmone per distractiones vel tentationes: sicut maiorem declararet amorem miles manens penes duces suum, è palatio prospicientem, ipse sub fenestrâ excipiens ingentem solis æstum, aut imbres & niues, cum*

interim alius miles, in palatio assistens similiter non pateretur. Idè orantes aridè & distractè inuiti, sperent post mortem; illud Christi Domini solatium, quod suis Apostolis dixerat: *Vos estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis.* Caritatem militis ad Imperatorem suum, inquit S. Ioannes Climacus, indicat bellum; monachi verò caritas ad Deum, maximè eo tempore, quo astat orationi, deprehenditur. Denique ex hoc capite (ceteris paribus) arida oratio, si sine culpâ nostrâ talis sit, magis est meritoria, quia difficilior est, quàm plena solatiis. Hinc S. Thomas docet: *Consideratâ quantitate proportionali, maiorem inueniri rationem meriti post peccatum (Adami) propter hominis imbecillitatem. Magis enim excedit opus potestatem eius, qui cum difficultate operatur illud, quàm opus magnum, potestatem eius, qui sine difficultate operatur.* Quocirca benè scripsit, Dei nomine loquens, Thomas de Kempis: *Quando tu putas te elongatum à me, sæpè tu propinquior; quando tu aestimas penè totum perditum, tunc sæpè maius instat merendum lucrum.* Hoc sensu S. Ioannes Climacus ait: *Acedia in maximè tempore violentis (id est, vim sibi pro Deo inferentes, resistendo eis quæ inuini patiuntur) elucet. Nihil enim aquè vt acedia monacho tot coronas parat. Illuclrat hanc rem idem Sanctus, hac similitudine: Sicut cum militem qui in prælio durissimè in faciem vulnera suscepit, Imperator militi non abdicat, imò verò amplius in eum illum prohibet, atque maximis honoribus cumulat; ita & monachum, quæ plurima pericula (vti sunt ariditates & tentationes orationem perturbantes, ob eas tamen non abruptam) à dæmonibus perpeffus fuerit, celestis Imperator gloriosissimè coronat. Meretur enim coronam quodlibet opus bonum supernaturale (vti est oratio) iusti. Ad meritum autem orationis, inquit S. Thomas, non ex necessitate requiritur, quòd attentio ad se per totum; sed vis primæ intentionis, quando aliquis ad orandum accedit, reddit orationem totam meritoriam, sicut in aliis actionibus meritoris accidit. Et ad hoc vt oratio impetret sufficit prima intentio, quam Deus principaliter attendit. Si autem primæ intentio desit, oratio nec meritoria est, nec impetratoria. Illi autem qui accedunt ad orationem cum desiderio, vt illam benè faciant, & ne patiantur distractiones, easque repellunt; postquam aduerterunt se ab his infestari, certissimè habent illam intentionem, quæ sufficit, & requiritur ad meritum hominis iusti. Imò talis oratio cum distractionibus inuoluntariis, etiam est satisfactoria pro peccatis, vt benè docet Nazarrus, & alij Theologi scribentes in illum articulum Sancti Thomæ, & Suarez nosler. Quæ in re notanda est præclara doctrina, etiam S. Nihil idem asserentis: *Cum mens tua multo desiderio Dei, se paulatim à carne subducit, omnesque ex sensu, aut memoriâ, aut corporis temperatione ortas cogitationes (distractiuas) repudiat, tunc te existima appropinquasse terminis orationis; hoc est, affectum esse tres lines orationis, qui sunt immediati, mereri,**

§. Armatura 7.

disc. & perf. mon. conuersat. c. 19. l. 6. Reuel. c. 65.

in facieculo amoris c. 16.

impetrare, & satisfacere, etiam non sentias pios affectus. Satis est, quod illos optes, & quantum in te est procures, etis, ob inuoluntarias ariditates & distractiones, iis potiri nequeas, non carebis tamen spirituali fructu Deo noto. Dominus noster, inquit S. Leo Papa, quia iustus est inspector animarum, non solum impendit operis, sed etiam affectum est remuneraturus operantis. Quocirca tuum affectum Deus acceptat, etiam meditatio ita tibi non successerit, uti velles. Et sic instat a se, & bosculi, ad præsepe Domini tui, desiderans eum colere, & amare quam maximè, saltem in honorem eius hæc tendit genua in ariditate, & instat mendici panem consolationis non habentis, stando ante Dei palatium, & expectando saltem micam aliquam alimenti spiritualis, & panis particulas. Libens Christus reconditur in præsepi, inquit Hefychius, ut qui sunt pecunia (ut se putat esse aride orantes, mente discurrere instat peccatorum irrationabilium non valentes) accurrant, & reperiant λόγόν, hoc est sermonem. & Rationem præsepi constitutam, ut ex eo recipiant dignitatem rationalem, ut qui currunt ad paleas (consolationum sensibilium) frumentum (meritorum) nanciscantur, ut bestiarum more (quibus dulcia placent, non amara) festinant, arbitantes se inuenturos in præsepi manipulos hordei (deuotionis gustus) & panem verum manducaturus, alimentum vite. Panis iste alens vitam animæ, est meritum, quod acquiritur, constanti perseverantiâ, in aridâ contra voluntatem oratione, gustibus non irrigatâ. Quocirca, ut monet S. Ioannes Climacus: Noli cum in oratione perduras, (id est, cum non desistis ab oratione, ob distractiones, & ariditates) dicere, nihil profici. Iam enim satis proficisti. Quid enim sublimius esse potest, quam atherere Domino, atque in oratione iugiter cum illo perseverare? Præstantius est, inquit Clemens Alexandrinus, cum Deo in oratione versari, & nihil impetrare, quam sine oratione, quod velis consequi. Accedit ad hoc confirmandum, bona obseruatio B. Laurentij Iustiniani, qui tractans de triplici amore, nimirum carnali, qui fœdus est & circa luxuria voluptates versatur; & de spirituali, qui proprius est perfectorum & virorum Apostolicorum, quo homo totum se Deo dedit, & ad eum dirigit, & in eo requiescit; ait tertium esse sensualem, medium inter carnalem, & spirituales; qui quidem bonum respicit, & diligit, & allicitur à bono: & in sui exordia totum esse sanctum, totum mundum, non tamen esse perfectum, uti est spiritualis, quia se pariter cum dilecto diligit, & delectationem propriam diligendo diligit, & nisi cum difficultate, cuius diligit, carentiam & absentiam patitur: & cognoscitur, ex merore de absentia rei amata, ideòq, dicitur sensualis, quia corporis sensibus nutritur, & pascitur. Et tali amore ait dicit Penecostes Apostolos, & sanctum Petrum, ait Christum dilexisse, & per spiritum sanctum tunc demissum, ab eo liberatos fuisse. Quocirca etiam illi, qui deuotiones sensibiles quarunt, & tristantur dum iis carent, & dam in iis, quasi Christum

præsentem, sensibili gustu non sentiunt, imperfecto amore Christum diligunt, ideo que eum eliminare debent, & contenti esse Christo, etiam tempore ariditatum, & tentationum adhaerere, & quasi eum iuuare in cruce ferendâ, Vallet etiam pro solatio aride (sine sua culpâ) orantium, id quod scribit Vincentius Iustinianus, de B. Ludouico Bertrando, quod cum quadam die post Matutinum in choro recitatum, ad suam cellam rediret, & molestâ quadam cogitatione infestaretur, audiuit hanc extraordinariam vocem: Deo magis placet afflictio cordis, contritio & tribulatio, quam dulcedo, solatium & consolatio.

Et Christus Dominus dixit beatæ Baptistæ 91. Veranæ; ut scribit Bartholomæus Cimarellus:

Recordare, quod Deus te clarè fecit intelligere, te plus mereri dum stas ante Diuinam Maiestatem, sine deuotione, quam dum stas cum multis fletibus, lacrymis, & deuotione, quia tunc solus aliquam partem debui: sed quando stas cum tot lacrymis, discedis cum maiore debito, quam veneris. Itaque discite habere patientiam in die sterilitatis & penurie. Recordare hanc subtractionem non esse ex odio, sed ex amore, quia tibi Deus non vult dare Paradisum in hoc mundo. Conducit ad hoc ipsum, benè mentij imprimendum exemplum in re simili relatum in Vitæ Patrum. Cum

enim quidam senex tentaretur à cogitationibus grauioribus (ut fit etiam in ariditate) per annos decem, ita, ut iam desperaret, dicens: Perdidit iam animam meam; sed quia semel perij, reuertar ad seculum. Cum autem proficisceretur, venit ad eum vox dicens: Decem anni in quibus certasti, corona tue erunt; Reuerte ergo in locum tuum, & ab omni malâ cogitatione libero te. Et statim regressus, permansit in incepto opere. Non est ergo bonum desperare quemquam propter cogitationes. Illa enim magis nobis coronas prouident, si viriliter eas pertractantes transferimus. Quocirca sicut status vitæ bonus, ob cogitationes impertinentes, deferendus non est, quia materiam coronarum suppeditat; ita nec oratio negligenda, ob ariditates ex acedia inuoluntariâ spiritu proueniētes. Hinc cum Abbas Antonius in eremo resideret, spiritu tentatus acedia cogitationibusq, diuersis implicatus diceret ad Dominum: Domine saluari desidero, sed cogitationes variæ me non permittunt. Quid faciam in tribulatione meâ, vel quomodo saluari valeam, dignâter ostende: post paululum surgens, quemdam sibi similem conspicatur sedentem, torquentem funiculum, & surgentem ex opere & orantem. Erat autem Angelus ad emendationem Antonij destinatus, à quo etiam hunc sermonem audiuit: Et tu ita faciens, Antoni, saluaberis. At ille summo gaudio cumulatus, acceptâ confidentiâ saluatus est. Idem tibi dictum puta: fac quod facere debes, ora quando orandum est: esto, non succedat oratio uti velles, ob infestantes ariditates: acedia nil oberunt, si inuitus eas patiare, nullâ eis à te datâ causa. Nollam autem dedisti, si immunis es à negligentis supra Notandò 2. commemoratis. Denique magnum est & hoc solatium, ariditate inuoluntariâ pressis, quod

c. 12. vic.

4. par.

Chron.

S. Franc.

to. 2. l. 7.

cap. 2. 4.

Ruffin.

l. 3. d. 10. 4.

Pelag. li.

bell. 7.

num. 42.

Rof. pag.

516. col. 1.

Ruff. l. 3.

num. 105.

Pelag. li.

bello 7.

num. 1.

Rof. v.

pag. 516.

dat

gr. 4. col.
13.Conf.
mon. c. 2.de casto
con. c. 15
col. 2.de triumph.
Christi
agone
cap. 25.l. 3. c. 18.
pag. 219.
infinituat.
diu piet.l. 1. c. 8. in
fin. diu.
piet.

dat idem S. Ioannes Climacus: Ab his, qui obedientia in officiis distractis orationem sine ullo strepitu non requirit Deus. Noli ergo tristari, si dum oras subtilissime inimicus irrepserit, animiq; inuentionem clam ut sur auerterit, sed bono animo esto, dum lubricam reuocas mentem; Angelus enim solum datum est, huiusmodi non patere furibus. Quod si contingeret ex naturae infirmitate, & subreptione, aliquam contrahere labeculam negligentia, dum ariditates te impetent, soletur te S. Basiliius sic differens: Si per peccatum indefinenter debilitatus, non poteris orare, quantum poteris, te ipsum coge. & constanter consiste coram Deo, animum ad ipsum intentum, & ad seipsum collectum habens; & Deus ignoscat, ob id quod non ex contemptu, sed per infirmitatem, non uales, ut oportebat, cum ipso consistere.

92. Hoc quoque solatij loco, potest esse distractis, & aridis, quod Dei voluntate contingant ariditates, quandoque usque adeo, ut Sponsus Caelestis (quemadmodum preter experientiam, docet B. Laurentius Iustinianus) frequenter etiam a perfectis, & in caritate ardentibus, se absente consuevit (scilicet per deuotionis dulcedinem) quod facit, non odiendo, non contemnendo, sed amando; ut dum se subtrahit, quem diligit, humiliando custodiat. Et ut alibi ait: Non absere, orantium vota, amantium desideria, atque precantium postulationes, interdum se audire dissimulat, se ad tempus subducit, ut oportune redeat: se non intelligere ostendit, ut amplius illuminet, & ardentius inflammet.

Ostendit hoc Deus S. Gertrudi Virgini Ordinis S. Benedicti, quae dum oraret pro quadam, quae causabatur sibi parcius infundi gratiam deuotionis illo die, quo esset communicaturam, quam quibusdam priuatis diebus, Dominus respondit: Non, casu hoc fit, sed dispensatione; quia quando priuatis diebus, & etiam improuisus horis, infundo gratiam deuotionis, per hoc, cor hominis ad me nititur eleuare, quod tunc forte remaneret in suo torpore. Cum vero in diebus festis, seu hora Communionis, gratiam subtraham, electorum corda magis exercitantur per uoluntatem desideriorum, siue per humilitatem. Vnde tale studium talisque contritio (hoc est afflictio animi, atterens cor, quod sentit molestias ob infestantes ariditates, & tentationes, & distractiones) magis lucratur ad eorum salutem quam quandoque gratia deuotionis. Accipit enim Deus desiderium pro opere, si homo non potest opus ipsum tale, quale uellet, habere & offerre Deo. Tradidit hanc doctrinam ipse Deus S. Gertrudi per quamdam Denotam, sic ei ex diuina reuelatione scribentem: Quia in operibus tuis canctis, Dei & non tui quaris honorem, ideo sancto seruire, centuplum est tuo simplo offers dilecto fructum. Et hoc non solum in operibus sanctis, quae perfectis, uerum etiam in omnibus uis bonis, quae libenter uelles tu agere, aut apud alios promouere, tamen si non ualeas. Nihilominus supplet etiam Dominus ipse Iesus Deo Patri suo, omnem indigentiam, omnemq;

defectum, siue in te, siue in aliis, propter quae tu turbaris. Nam pro quocumque huiusmodi sancto conatu ac si opere illum impleres, paratus tibi est reddere mercedem. Vnde etiam caelestis Curia exultat uniuersa, tibi gratulans, atque Deum pro te laudando, gratias agens.

Quae doctrina confirmatur iudicio ipsius Beatae Mariae Virginis, quae sic docuit S. Biugitiam: Quocumque tentatione tentaris in oratione, nihilominus ora, & conare ad orandum: quia desiderium, & conatus bonus, pro effectu orationis reputabitur. Et si sordida aduentitia menti, eicere non poteris, tunc ille conatus reputabitur tibi pro corona, dum modo tentationibus non consentias, & sint contra uoluntatem tuam. Similia ipse Christus Dominus dixit S. Biugitiae. Exstat pro confirmatione huius ueritatis insigne exemplum in Annalibus PP. Capucinorum, a Zacharia Bouerio, de Alexandro a Battio relatum; qui cum Nouitius esset, Marius a Forasanzino eius Magister, super ipsius caput in Ecclesia cum ceteris orantibus, lucidissimam coronam e caelo descendente conspexit. Quapropter cum absolute oratione, ab eo Marius percontaretur, quid in ea oratione diuinum meditatus esset, respondit: Heu Pater, tot praua cogitationes orationis tempore animum inuasent, ut omnem diuinarum uerum meditationem ab eo exulare coegerint, quod diligentius uis intenderem, & contra eas in acie starem. Tunc agnouit Marius haud aliunde, quam ex malarum illarum cogitationum uictoria, caelestem illam coronam Alexandro emanasse, eamque deuoti certaminis praemium fuisse. Absoluto uero probationis anno cum Casene sub Constantino Mutulensi uiri, sanctimoniam illustris disciplinam militaret, communi quadam die orationi cum ceteris in Ecclesia uacabat: quo tempore Constantinus in eum oculos coniciens, tres successiue coronas, super ipsius caput e caelo delabi cernebat; quarum cum ille mysterium ignoraret, ab eo post orationem sciscitatur, quanam illius in meditatione oratio fuerit. Cui Alexander Sterilis, inquit, Pater mihi in hac oratione meditatio fuit, tres enim aduersum me Satanas, easq; grauissimas tentationes mouit; quae cum animum perturbarent, eum a meditationis quiete reuocarunt, atque eo factum est, ut totum hoc orationis curriculum, perpetuo mihi cum tartareo hoste confictus fuerit. Intellexit igitur Constantinus, tria illa distincta aduersus tentationes demonis certamina, quibus superbum hostem prostrauit, tres illi caelestes coronas peperisse. Et hinc qui uel a diabolo tentantur, uel ab eo uarias cogitationum molestias perferunt animum augeant, fortiusq; cum demone colluctari discant, cum tot sibi caelestis coronas parent, & de tentatore uictorias reserant.

Nota 4. Modus, quo debes resistere ariditati & distractionibus, & quibusuis tentationibus, non est necesse, ut sit tam feruens, & tam effica, ut ei statim cedat & abcedat, siue ariditas, siue distractio, siue tentatio, sed iustitiam si haec habes: Primo, ut tibi displiceant ea omnia, quae tuam deuotionem tempore meditationis perturbant. Certissimum autem signum disphentiae est, si molestae tibi sint illae res, et si nolles illas

laspati & sentire, vel si hic opus habere tranquillitatem, & orationem à distractionibus ac tentationibus vacuam. *Secundo*, fat erit, si hæc omnia in solâ mente sentias, idèd non est opus, nec caput mouere, nec vllum corporis membrum, in repellendis iis, quæ tuam deuotionem impediunt, sed ac si caput & corpus non haberes, ita te gere, solâ mente nolendo consensum præbere tentationibus, & admittere voluntariè distractiones, & optando contraria: cum resignatione tamen, si ita Deo placuerit. Sic te gerendo, nec franges, nec fatigabis caput. Et sicut non est opus caput fatigare, ad fugandas tenebras è cubiculo, si te inuito, vel nolente extinctâ candelâ cubiculum tuum occuparent, sed satis est, si eæ tibi displiceant, & quòd optes lucem suo tempore; ita si non alio modo te gesseris cum distractionibus sufficere tibi ne pecces, & ne scrupulum habeas, quas malè tibi successerint, culpâ tuâ, meditatio tua.

94. *Nota 3.* Porro si dum repellendo, solâ mente distractiones, sine conatu capitis, illæ non recedunt, & ariditas durat, & nulla pia cogitatio occurrat, circa puncta pro meditatione præparata, sed maneat instar ligni aridi, nullum in te sentiens primum affectum, ex materiâ præparatâ proueniens, tunc hoc modò procede: *Primo*, Humilia te coram Deo, dicendo, quòd indignus sis, qui deuote ores, & quòd ob peccata tua dignus sis, vt ea in te puniantur hac ariditate, & inquietudine. 2. Age Deo gratias, quòd per hæc te humiliet, & puniat peccata tua, vt minus habeat quod in alterâ vita puniat. 3. Roga Deum, vt à te illam ariditatem auferat; si videt, id ei magis placitum: sin minus. 4. Offer te Deo ad supportandum talem ariditatem per totam vitam, dum modò tibi det Deus gratiam efficacem, illam sine peccato vllò, & cum gustu Dei supportandi.

95. *Nota 6.* Quando vel morbus, vel magna defatigatio corporis, aut capitis, non permittit te meditari, & discurrere circa puncta præparata, vel dum es in itinere, aut ambulans, & cogitis tempore meditationis attendere, vel tibi, ne cadas, ne impingas in lapidem, ne cutris euertatur; & tunc optimus erit orandi modus, per mentales breuissimas orationuculas, iuxta consilium S. Augustini, S. Basilij, S. Climaci, & Cassiani expendere tempus meditationis, in breuibus versiculis, ex sacra Scripturâ vel Ecclesiasticis precibus sæpè iterandis, hoc modo: *Primo* quadrante, adora Diuinam Maiestatem, & in cælo, & in aliis mundi partibus existentem. 2. quadrante humilia te coram Deo, agnoscendo te vilissimum & indignissimum omni bono ob peccata tua, & simul de iis dole, eaq̃ detestare, & cauere propone, tamquam summa mala ob Deum super omnia amatum; dicendo sæpè: *Deus propicius esto mihi peccatori*, vel vt dicebat S. Catharina Senensis: *Peccaui Domine, parce & mi-*

serere. 3. quadrante, age Deo gratias pro omnibus beneficiis tuis, tum communibus, tum tuæ personæ à Deo concessis. Et nominatim pro beneficiis Christi Domini humanitati, beatæ Virginij, & omnibus aliis Sanctis concessis; & adhuc tum tibi, tum aliis postea à Deo concedendis. 4. Offer Diuinæ Maiestati spiritualiter Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesv Christi, & merita eius, in laudem & gloriam Dei, in gratiarum actionem pro beneficiis perceptis, & percipiendis, in impetrationem rerum tibi & aliis necessariorum, viuus & mortuus, & in satisfactionem pro peccatis tuis. Et his actibus adde oblationem votorum tuorum, & bonorum propositorum, alias à te factorum. Offer autem in vnione meritum Christi, omnia; quia sic Deo magis placebunt. Post hæc pete à Deo, vt tibi & aliis concedat ea quibus egres. Et his cõmenda præsentis necessitates, tum Ecclesiæ, tum regni, tum ciuitatis, tum domicilij, in quo habitas, tum eas quæ in menstrua scheda tibi commendatæ sunt, tum eos qui se tibi per litteras, vel alio modo commendarunt, tum eas, quas solent Superiores in refectorio, vel alibi commendare, & his similia.

Porro hos actus poteris dilatare iis modis, qui sunt expressi in modo audiendi Sacrum à me tradito, qui non fatigabunt caput, si non statim omnes volueris memoriter elicere, sed paulatim, nunc hos, nunc illos, vel legendo ex charâ, vel memoriter modò vnâ partem hæc hebdomadâ, modò alteram partem alterâ, imprimendo. Hoc orandi modo, per iterationem eorumdem Versiculorum breuius, vbi sunt præter monachos Ægyptios, etiam varij Sancti, à me commemorati in Opusculo de praxi Diuinæ præsentia, de modo dicendi paruum coronat.

Denique dum generosè diuque resistitur in oratione dæmonis tentationibus, vel ariditatibus, ab hominibus iustis, & ab omni Dei graui offensa abhorrentibus, eamque vitantibus, hoc ipsum signum est, præsentem esse in animâ Deû, etsi eius præsentia per sensibiles gustus deuotionis non sentiatur. Cùm vides animam, inquit B. Laurentius Iustinianus, post longam diuersarum tentationum exercitationem, post diuturnam malignorum spirituum experientiam, in omni spiritali conspectu obtinere triumphum, intellige eandem (scilicet animam) æterni Verbi possidere præsentiam. Non enim nisi per inhabitantis sponsi gratiam, tam gloriose, tam prudenter, tam robuste, tamq̃, perseveranter possit aduersus acerrimos, eruditos, atque crudeles luctatores præualere. Talis namque victoria, inhabitanti, inuisibili, æterno Verbo adscribenda est, non instrumento visibili mortali, hominiquè.

Hæc dicta sunt ad tollendos tironum scrupulos, & ne caput lædant, volendo veluti cogere mentem, ad exprimendam ex eâ deuotionem sensibilem. Ceterùm dubium non est, cum ea

B b datur

in Opus.
de praxi
diu. præ-
sent. c. 19.

cap. 18.

de casto
con. c. 141
col. 5.

Aug. ep.
111. c. 9.
Bas. Cõst.
mon. c. 2.
Climac.
gr. 28.
Cass. l. 2.
iust. c. 10.

datum à Domino, donum esse illius, cum humilitate & gratiarum actione suscipiendum, & conuertendum non in vanam complacentiam (quæ Deo displicet) sed in exercitium virtutum, ut eæ promptius & feruentius, in occasionibus oblati, & vltro quesitis, exerceantur, iuxta illud

Ps. 118. 34. *Dauis: Piam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti (piis affectibus deuotionis & consolationis) cor meum.* Sed, vt monet B. Laurentius

disc. & perf. mon. conuert. lat. c. 19.

Iulianianus: Prius vita commendabilis habenda est, dein deuotio. Nam vita sine deuotione, multum confert, absque vitâ, deuotio nihil est. Nemo autem seruorum Dei ab hoc se prorsus subtrahat Sacramento, quâuis actualis desit deuotio. Diuersimodè enim operatur Dei sapientia, in famulantibus, effectus gratiarum suarum: nulliq; fas est iudiciorum Dei arcana rimari: propterea nõ debet à sancto Domini conuiuio repelli inderuotus, in se viuens, virtuosè conuersans, humiliter se agnoscens, purè confitens, & reuerenter accedens. Talis quippe insensibiliter ac spiritualiter hoc sacramento nutritur ac viuunt, quamuis sit aridus. Sed, vt idem alio in loco ait, **Noviter conuersi** (vti sunt **Novitij**) & adhuc in spirituali infantia constituti, cibus ipse sapit, & ex illo veluti lacte aluntur & crescunt. Ad ipsum propter seipsum (id est ad capiendam ex eis huius cibi spirituales dulcedines) accedunt, & tam diu illam frequentant, quamdiu delectatio perseverat interna. Ipsa verò deficiente, pusillanimes fiunt, quia vberibus assueti, cibi asperitatem sustinere nequeunt. Meiiri volunt spiritualia secundum sensum proprium, atque illud perniciosum putant, quòd non interiori delectatione perfunduntur. Lacte indigent, lac querunt, lactisque nutriti poculo, probationis serciculum perimescunt. Non sic autem (procedunt) proficientes. Cùm enim in pelagi medio se constitutos videant, & huc illucq; contrariis flatibus (tentationum), ariditatum, accedat agitari frequenter se sentiant, euadere per se ipsos posse desperant, si non Diuino suffragentur auxilio. Ideò sæpe in oratione positi, est caelestem non degustent dulcedinem, desideriorum tamen calum replent clamoribus, de sublimi throno poscentes auxilium. Maximum autem venerandis huius Sacramenti sumptione percipiunt robur, totiesq; deperditas recuperant vires, (etsi id non percipiant gustu sensibili) quoties tanti mysterij communionem sum digni. Non tam quarunt gustum, quam fructum: neque delectari in cibo, sed nutriti desiderant. Primi, (scilicet titones) tamquam imualidi, saporem concupiscunt sacramenti: Secundi verò (proficientes) per gratiam volunt viuere sacramenti: perfecti autem his eminentiores, sponsi presentiam amplectuntur in sacramento. Non quarunt sua, vt primi: non custodire se volunt, vt secundi: ascendere gaudent supra se, tamquam perfecti. Hoc est, nec

de casto conubio cap. 24.

propter saporem, nec propter fructum ex Eucharistia percipiendum ad eam accedunt, sed contenti sunt, quòd eam sumendo habeant presentem in animâ & in corpore suo, sponsum se suum: illius solâ presentia ab eo expectat contenti: quæ tamen nunquam est sine fructu, etsi illi eam non recipiant ob fructum.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Consilium euidam datum, qui ob debilitatem corporis post quamdam infirmitatem diuturnam, & capitis languorem, non poterat discurrere tempore meditationis.

Loquendo in genere, dico sufficientem fore deprecationem vnius debilis vel infirmi, si sine vllâ contentione capitis & peccatoris, cogiter de re aliqua piâ, in punctis præparatis propositâ, eo modo illa veluti aspiciendâ, quo solemus aspiciere aliquam pulchram imaginem pictoris excellentis, & hoc aspectu non fatigamus caput, tamen excitamus in nobis suavissimè pios aliquos affectus, vel gaudij, vel admirationis, vel laudis, vel amoris erga personas sacras depictas, vel desiderij imitandi eas, & his similes. Quando autem circa puncta meditationis, elicitur aliquis suavis affectus, vel vitandi aliquod peccatum aut imperfectionem, vel faciendi aliquod opus bonum, aut in illo perseverandi, vel actus fidei, aut spei, aut alterius virtutis, valde bona erit meditatio, etsi non sentiat vllus seruos, vel consolatio sensibilibus corpus alterans, imò etsi sentiat ariditas cordis. Sicut enim cibus & medicina ab infirmo sumpta illi prodest, etiam si non sentiat gustum, qui potius nauisam sumendo cibum & medicinam, ita etiam sola recordatio piæ, alicuius rei de quâ meditatur, prodest animæ, etsi vel ob morbum, vel ob aliâ causam inculpabilem non sentiat consolationem. Debiles & infirmi, sine magnis discursibus occupent se in meditando per applicationem sensuum, vt vocant, de quâ agitur in Exercitijs S.P.N. Ignatij, illa enim est facilior, si bene fiat, & est similis aspectui alicuius pulchri horologij, vel edificij, aut campi, aut horti, vel imaginis, & simul suppeditans bonæ animæ aliquos pios affectus, & suaves consideratiunculas quibus anima pascitur, sicut corpus bolis ciborum mollium, quos non sit opus dentibus atterere, eoque mandendo & masticando fatigat.